108 Sub amplia secundò in tertio possessore rei majoratus, qui potest retinere rem, donec ei à vero possessore expensa restituatur, l. qui exceptionem, §. 1. de condic. indeb l. in area. ff. de condit. & demonstr. l. do minus horreorum, §. in conduct. ff. locat. l. 41. tit. 28. part. 3. vbi vide Addit. & ad Glos. 3. l. 15. tit. 13. infra bac part. & Negusant. in tract. de pignor. 4. memb. 5. part. n. 8. Couarr. lib. 3. variar. cap. 17. lib. 1. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. 2. part. cap. 3. Paz. quest. ciuil. quest. 6. num. 34. Molin. de Hispan. primog. lib. 5. cap. 26. Matiez. l. 6. tit. 7. glos. 3. num. 4. Azebed. ibi. Miet. de maior. 4. part. quest. 72. Garc. de expens. & melior. tit. de coniug. quest. num. 80.

Contrarium descendunt Auend. in glos. 4. l.

45. l. 46. Taur. num. 3. & Castill. quot. lib. 5. cap. 65. n. 21. cum alij, & sic in Senatu Regio iudicatum fuisse refert, & contrariis fundamentis latit facit, & casus, ad quos 1. 46. Taur. extenditur, refert sed a n. 94. vñq. in fin. ob expensas utiles res maiora tuis non posse retineri tradit, & in n. 101. posse solum maioratus, nec eius heredes necessarias expensas posse recuperare, & in vers. dubium tertium possesso rem posse repetere necessarias ex aequitate l. si me. & Titium ff. si certum petat. in subsidium à possesso in maioratus, si ab heredibus ultimi non possit recuperare, & late de hac questione, & de mutuâ ad refectionem dominus maioratus, vide eum ibi. & Addit. ad Glos. 3. l. 15. tit. 13. ubi quid in presenti questione sit tenendum.

109 Subamplia tertio in rebus patrimonialibus Ecclesiæ, & beneficialibus, in quibus datur retentio ob melioramenta de bonis prelati, seu clericis facta. Abb. in c. de multa, n. 14, de præbenti. & ibi Anchætr. & Ioann. Andr. Ias. in l. si non sortem, §. si cent. n. 10. ff. de cœdict. in deb. Boer. decif. 44, n. 14. Menoch. de recuper. remed. 11, n. 16. Peregr. de fidei comm. art. 50, n. 43. Marescot. 2. tom. var. c. 112, n. 4. Guzm. de eniç. quæst. 30, n. 27, & 28. Valasc. de priuile. pauper. q. 41, n. 39. Gratian. dis. ept. forens. 1. tom. cap. 117, n. 26.

110 Contraria autem opinionem, scilicet in bonis patrimonialibus Ecclesiæ, & beneficialibus non dari retentio, nec heredibus dati repetitione, defendit Couarr. in cap. 1. num. & cap. cum offiç. num. de test. Surd. in conf. 183. n. 15, & 333. n. 35. Marescot. n. 5. Gratian. ubi supr. primam non esset utam tradit. Gramm. de exp̄s. Omel. c. 11. n. 71, ubi ait quod, licet in Hispania adit consuetudo, quod clerici testai possint, de qua nos infr. in suo loco, tamen non quam consuetudine de melioramentis in re patrimoniali Ecclesiæ, seu beneficij tactis disponendi fuisse recepta, auditum fuit.

111 Sed huic controversiae subfædere distinctionis respondendum est: aut expensæ sunt annexæ rebus Ecclesiasticis, & si tunc simpliciter fiant melioratis nomine, procedit secunda opinio; & ratio est 115 quia melioramenta rebus Ecclesiasticis annexis Ecclesiæ cedunt, si simpliciter, &

suo nomine fiant ab eo, qui fructus dignitas, seu beneficij percepit. Si vero sint separata ære, seu separari possint sine lesione, procedit prima opinio. Item in casu secundæ opinionis, quando Fælatus, seu beneficiatus fecit expensas nomine Ecclesiæ quasi cum ea contrahens, & tales quod deductis expensis inferendo, & colligendo, & conseruando attingeret proprium patrimonium; nam tunc illud, quod ex suo expēderet poterit recuperare. & hæc concordia colligitur ex Kodoan. de rebus. Eccles. quæst. 72, c. 1., & Surd, in dict. conf. 333. n. 37, & Grat. in n. 72, vbi supr.

112 Cōductori laico an detur retentio in bonis Ecclesiæ pro melioramētis, vide Grat. vbi supr, ubi in Ecclesia non dari tradit, & Iosep. Lud. decif. Peruf. 34 per totā, retentio nem in bonis Ecclesiæ dari tradit, & in n. 11. assignat rationem; nam Ecclesia nō debet quid iniustum facere, & ad eum se remittit Barbos. in ordin. Lufit. tit. 54. §. 1, n. 1, in fin. lib. 4,

113 Amplia ex Glos. decimo tertio, quando alicui plures res legatæ sunt, in quibus habet locum Falcidia, & hæres aliquas res tradi erit legatario, reliquias posse retinere ad deducendā falcidiā, etiam pro illicis, ex quibus deducita non fuit, et si fuerint iam legatario traditæ. Glos. in l. fin. ff. ad legem falcidiā.

114 Subamplia primò heredem etiam posse retinere rem legatam, seu fideicommissio subiectam, donec allegatario, seu fideicommissario recuperet melioramēta. l. domus, cum sequent. ff. de leg. 1. l. qui exceptionem, §. 1. D. de condic. indeb. Paris, consil. 55. num. 22. lib. 3. Corne, 80. n. 8. lib. 4. Ciauet. 202. n. 51. Ruin, 135. n. 12. libr. 3. Socin. 82. n. 37. libr. 4. Peregr. de fidei cōm. art. 50. n. 39. & Franc. Marzar. codem tract. quæst. 65. Negulant. de pignor. 4. membr. 5. part. n. 8. Gomet. var. tom. 1. c. 12. num. 40. 1 vers. ex quibus. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 110. n. 7. Valasc. de iure emp̄yt. 1. par. quæst. 25. n. 25. Molin. de Hispan. primog. lib. 1. c. 26. n. 14. Paz quæst. ciuil. quæst. 7. num. 35. Franch. decif. 109. n. 1. Gabr. Valasc. de priuileg. paup. 1. part. quæst. 41. n. 10. & 57.

Amplia ex Glos. decimo quartō, quod ius retentionis transit ad singularem successorem. Adde text. in l. in hoc iudicio. §.

Add. Ann. Ref. Gl. III. & IIII. LIX. tt. II. P. V.

- impedita, vers. sed si is, quia me. ff. comm. diuid.
Ripp. in l. ubi pure. §. qui in distracto. ff. ad
Tribut. Tiraquel. de retract. § 7. glos. 1. n. 15.
Negulan. de pignor. 4. membr. in fin. 5. part.
princip. Marescot. variar. resolut. lib. 2. cap.
112. n. 7. Surd. de alimento. tit. 8. priuil. 62.
num. 11. Boer. decis. 44. n. 14. & 19. Gratia.
cap. 2. c. n. 13. Marc. decis. 181. p. 1. Gram.
decis. 92. num. 20. Ludouic. decis. Perus. 109.
n. 2. Giub. decis. 63. n. 17. ubi alios laudat,
Ric. in decis. Cur. Arch. Neapol.. 176. cepis.
Magon. decis. Florenc. 59. num. Carrot. de-
cis. 21. num. 11. qui exemplificant in em-
tore, qui pro melioramentis ab alio emp-
tore factis potest rem retinere, & in alijs
similibus. Guzm. de euict. quest. 20. n. 20.
- 116 Amplia ex Glos. quando retinetur res
ratione pignoris, nam tunc retentio da-
tur in fructibus, et si sint aere separatis. Ad
de. l. quamvis. C. in quib. casib. pig. vel hypot.
tacit. contrab. Bart. in l. 1. §. 3. C. de pignor.
act. lat. in §. item Seruiana. num. 38. & 39.
de. act. & iufra relatos in Addit. ad Glos. 1.
l. 16. sit. 13.
- 117 Nota ex Glos. quod retentio non datur
in fructibus rei melioratæ iam aere sepa-
tis. Vide Addit. ad dict. Glos. 1.
- 118 Amplia primò extra Glossam, quando
procurator pecuniam mutuo accepit,
& rem domini pro pignore tradiderit,
& pecunia in utilitatem domini ver-
tatur, mutuanti contra dominum, donec
ei debitum solvatur, retentionem conce-
di. l. 1. C. si aliena res pig. data sit. & Doct. ibi,
Negus de pig. memb. 4. 5. part n. 6.
- 119 Nota extra Glos. retentionis excep-
tionem praetextu melioramentorum in e-
xecutione sententiæ opponi posse, licet
posse. Et ad restitutionem rei sit cōdem-
natus. Bart. & Alex. in l. in fando. in fin. de
rei vendic. Menoch. de recip. poſt. remed. 11.
n. 9. Negus de pign. 4. memb. 5. p. n. 10. Ro-
land. conf. 28. n. 5. libr. 1. Crauet. conf. 148.
num. 2. Cœphal. conf. 289. n. 5. & 299. num.
34. lib. 4. Bertaz. conf. ciuil. 117. Tiraq. libr.
2. de retract. cōuenient. §. 7. glos. 1. n. 14. Petra.
deficie. quest. 13. Peregr. art. 50. num. 55.
Boer. decis. 43. n. 9. Capic. decis. 17. n. 3. &
119. num. 1. Mag. decis. Florenc. 81. Caual.
36. num. 71. & 87. part. 2. Cacher. 129. n.
16. Rot. diuers. 231. n. 12. par. 2. Benitend.
77. n. 1. & Alex. Amb. decis. 28. n. 29. par. 1.
Ios. Lud. decis. Perus. 24. n. 26. Viuiu. 112. n.
21. & 317. n. 8. Grat. 179. n. 6. Flam. Car-
tat. decis. 11. n. 5. decis. 15. num. 2. & Giuru.
decis. 60. num. 4. Lancelot. de attent. 3. part.
cap. 24. quæst. 29. Surd. decis. 277. n. 13. & de
aliment. tit. 8. priuil. 62. n. 10. Cœsar. Barz.
decis. 108. num. 43. Marescot. variar. lib. 2.
cap. 112. n. 18. ubi ita fuisse resolutum per
Rotam. & in alia Roman. Saluiani interdic-
ti. 19. Nonemb. 1593. in qua fuit determi-
natum, si exceptio predicta in execu-
tione non admittatur, posse legitimè appelle-
lati: Staphil. inspect. 2. cap. 2. n. 206. & 207.
Mieres. de maior. q. 32. num. 8. & 9. Gatt.
de expens. cap. 6. n. 15. & 16. Gutierrez. lib. 3.
quæst. 68. num. 16. & canonic. lib. 2. quæst. 8.
num. 58. Cancer. lib. 3. variar. cap. 6. num.
116. & 117. Rauden. var. resol. c. 18. Castil.
lib. 4. cap. 42. n. 113. Guzm. de euict. quest.
20. n. 30. Valas. de prius. paup. 1. p. q. 41. n. 19.
- 120 Amplia prius, predictam exceptionē
locum habere in iudiciis priuilegiatis, &
cum actione spolij agitur. Lancelot. ubi
supr. cap. 23. quæst. 29. n. 10. Gale. de form.
oblig. camer. 4. part. quæst. 2. num. 12. & n. 13.
ubi, et si obligatio esset in formam Came-
riæ Apostolicæ. Pont. de spons. libr. 4. n. 63.
ubisupr. num. 9.
- 121 Amplia secundò, etiam si non sit liqui-
datus valor melioramentorum, & offeratur
cautio de soluendis melioramentis,
Gale. ubi supr. Tiraquel. de retract. conuict.
§. 7. glos. 1. num. 13. Ruin. conf. 84. in fin. lib.
1. Capic. decis. 17. n. 7. Surd. in dict. priuil.
num. 8. Marescot. n. 21. Alexan. Ambros.
n. 30. ubi supr. Cartar. decis. 15. à n. 1. usque
ad. 16. Faber. in suo. C. libr. 3. tit. 22. definit.
15. & 16. Gabr. Valasc. n. 20. & 21. ubi sup.
- 122 Contrarium autem defendunt plures
relati à Marescot, ubi supr. & præter ab
ipso relatos, Menoch. de recip. remed. 15. n.
569. Staphil. inspect. 2. cap. 2. n. 242. & 243.
Caualc. decis. 28. num. 6. par. 1. Cartar. decis.
15. a num. 16, ubi hanc comprobat, & de-
fendit, & alios pro ea refert. Garc. ubi sup.
num. 9. Monach. decis. Bonon. 24. n. 7. Ant.
de Amat. decis. 23. num. 3. Valasc. ubi sup., &
nouissime alios cumulans defedit Guzm.
de euict. quest. 20. n. 38. & ita se vidisse mul-
tities iudicatum.
- 123 Unde nota quod, ut concedatur reten-
tio expressa cautione, duo copulatiæ re-
quiruntur, scilicet quod in processu fuis-
sent probata melioramenta in genere-
Cal-

Castrensi. cons. 102. in fin. & 270. n. 4. vol. 2.
Ruin. 157. num. 22. vol. 1. Socin. Iun. 62. n.
3. vol. 1. & Parisi. cons. 33. n. 53. vol. 1. Ca-
ualc. num. 2. & 3. ubi supr. Garc. de expens.
cap. 7. Marzar. de fileicom. quæst. 66. in prin.
Giura. plures allegans in decis. 50. n. 19. Et
quod sunt liquidata, aut incontinenti liqui-
danda. Staphil. num. 245. Tiraquel. n. 13.
Menoch. num. 569. Valasc. n. 24. ubi supr.

S V M M

- 1 Commodatarius seu depositarius tenetur de casu, si est in mora restituendi, nulla adhibita distinctione an eodem modo esset peritura penes deponentem. Contrarium, n. 2.
- 3 In actionibus realibus perpetuare, que erat eodem modo peritura apud dominum, possessor non tenetur.
- 4 Limitatur si dominus rem suisset distracturus, nisi possessor iusta habuisset causam litigandi.
- 5 Item quando casu fortuito res perierit, nisi morte naturali perierit.
- 6 In actionibus personalibus possessor tenetur ad estimationem, et si eodem modo esset

A D D I T I O

AD Glos. 6. Nota primo ex Glos. quod commodatarius, seu depositarius tenetur de casu, si est in mora restituendi res commodatam, seu depositam, nulla adhibita distinctione utrum eodem modo intericta esset apud deponentem, vel non. Adde Bart, Bald. Angel. Salicet, Ias. Rip. Socin. Corn. n. 10. Zasium. n. 28. in l. quod te. §. ff. de rebus cred. Gregor. sintag. lib. 2. t. c. 1. n. 5. Molin. de iust. disp. 293. vers. obser- uandum tamen est, Nauarr. in manual. c. 17. n. 179. 183. Scacc. de commert. §. 2. gl. 5. n. 161. Couart. in reg. peccatum 2. par. §. 6. n. 12. Afflict. decis. 150. n. 4. Morl. in emp. tit. 6. n. 52. vers. secunda propositio. & t. 9. in premis. n. 107. ubi in venditore, qui in mora fuit, si eodem modo res apud emptorem esset peritura, ita tenet. & eam veriorem esse agnoscit Eduard. Cardeti. de errorib. prag. lib. 4. c. 1. n. 29. vers. bis argumentis. co- trarijs facit, quorum sententia cōprobatur ex tex. in l. si filio, §. si post diuortium, ff. solut. matrim. l. si per uniam, §. penul. ff. de cōdict. ob causam, & ex tex. in l. 1. §. rectissime. l. merito ff. de v. & vi armata, & in l. cū res. §. vlt. de lez. 1. ibi item si fundus chasmate perierit, Labeo ait utique estimationem non de-

Peregrin. decis. 16. par. 2. Puteus. decis. 471. n. 1. & 2. lib. 2. Carrot. de locat. 4. part. tit de expens. num. 21. & 22.

- 124 De questionibus quomodo debent taxari melioramenta; quod tempus atten- datur; quando fructus extenuent, & dimi- nuant valorem melioramentorum. Vide Addit. ad glos. 3. l. 13. tit. 13. infr. hac part.

R I V M.

- peritura apud dominum contrarium, & tenenda, num. 7.
- 3 In actionibus descendebus ex delictis reus indistincte tenetur. Contrarium, num. 9. tenenda, 10.
- 1 In debitore quantitatis respectu certe spacie quid dicendum.
- 2 In foro conscientiae non tenetur quis ad res restitutionem, si naturaliter pereat.
- 3 Re perempta post moram in casibus, in quibus debitor non liberatur, ad ipsam rem agendum est, & alia de hac materia. re- missione.

G L O S S A E. VI.

beri, quod ita verum est, si non post moram factam id cuerit, potuit enim acceptum lega- tarius vendere. ubi Glos. verb. vendere, & vide Addit. ad Glos.: l. 27. tit. 5. hac part. & in fure, & prædone, & in debitore, qui ex proprio contractu tenetur, & moram contraxit hanc opinionem sequitur Faber. in rationali in dict. leg. item si verberatum, §. si seruus. lib. 6. tit. 1. litt. D. vers. qua ra- tio cum cesseret.

2 Contrariam sententiam, imo si eodem modo res apud dominum erat peritura, quod non tenetur, defendunt Ucc. Fulg. Castré. Aret. in dict. l. quod te. Robert. Au- relian. lib. 1. sentent. c. 23. Bellon. lib. 4. supp. iuris. c. 8, & comprobatur ex text. in l. si cum exceptione, §. si non culpa, D. de eo quod metus. l. si vobenda, §. si ea conditione, D. ad l. Rod. de iact. l. item si verberatum, §. vlt ff. de rei vend. l. si plures, §. 1. ff. deposit. & de in- terpretatione dict. l. si plures vide Trent. variar. lib. 3. refol. 11. de solutionib. n. 13. col. 7. vers. hoc Rip. consenseratio, pag. mihi. 99. qui septem interpretationes recenset, & hanc opinionem sequitur, quando aperte constat, quod erat apud dominum peritu- ta, & non sanus in dubio.

Gg 2

Iq

Add. Ann. & Ref. Glos. VI. LIX. et. II. P. V.

In hac contiouersia DD. solent adhibere distinctionem inter actiones reales, personales, & descendentes ex maleficio. In realibus enim rem perempta apud possessorum eodem modo, quo erat etiam peritura apud dominum, possessorem liberari docent, etiam si iustum causam existimandi ad se pertinere non habuisset, ut tenet Glos. hic. cui Adde text. in l. item si verberatum, §. ultim. ff. de rei vend. Bart. in d. l. quod te, n. 10 ff. si cert. pet. & l. nemo rem suam, §. 1. de verb. oblig. I. s. in dict. l. quod te, num. 26. & ibi, Cur. n. 30. Aretin. n. 11. Cagn. n. 79. Alciat. n. 6. Robert. Aurelii. lib. 1. sentent. iur. cap. 23. Menoch. libr. 3. præsump. 138. n. 2. Fachin. libr. 8. c. 101. Pal. Rub. in repet. cap. per vestras, §. 25. n. 10. de donat. int vir, & vxor. Couarr. in reg. peccatum. 2. par. §. 6. num. 1. Carrot. ds deposit. 1. par. tit. de casu. n. 3. Morl. in emp. tit. 8. in prin. num. 52, Azebed. l. 3. sit. 13. lib. 4. recomp. num. 43, Trentacinq. variar. lib. 3. resol. 11. de solut. n. 13. vers. in primo casu. vers. ex hac responsione, vers. vera igitur intelligentia. vbi hanc sequitur, quando aperte constat, quod res eodem modo erat penes creditorem peritura. Faber. in suo rational. in d. §. si seruus, litt. D. & probatur ex responsio Vlpian. in l. item si verberatum, §. vlt. ff. de rei vend. l. de eo §. si post ff. ab exhib.

4 Limita primo, si dominus rem distracturus fuisset, nam tunc debitor morosus de interitu tenetur; ut ex Castrensi. tradit. Gl. hic per tex. in l. item si verberatum, §. vlt. ff. de rei vend. l. cum res. 49. §. vlt. de legat. 1. ibi. potuit enim acceptam logatarius vendere. sed petitor probare debet habere emptores in promptu, l. in emptis, C. de contrah. emp. l. 2 ff. de probat. Rip. in l. quod te ff. si cer. pet. et. num. 33. Menoc. à n. 3. Fachin. vers. palam est, & vers. quare, Carrot. n. 9. & 11. vbi supr. Et Faber. vbi supr. in primo vers. non ergo, vbi dicit non sufficere quod probet quod potuerit distractare, nisi probauerit etiam quod fuerit distracturus.

Sublimita nisi commodatarius, vel de positarius haberet iustum causam litigandi, ex doctoribus vbi supr. & Glos. hic, quæ licet hanc rationem non admittat pro interpretatione, l. si plures, §. 1. ff. deposit. sentit eam veram esse quamvis diuinatoria ad dictam legem.

5 Limita secundò ex Glos. hic in vers. aut dubitatur, quando casu fortuito res periret, nam tunc non præsumitur, quod eodem modo periisset apud dominū. Add. l. si filio §. si post diuortium ff. solut. matr. l. si in Assia. §. fin. ff. deposit. Purpur. n. 43. Ripa. num. 33. in dict. l. quod te. Menoch. n. 10. vñq. infin. Fachin. vers. hic nō agitur de naturali interitu. Carrot. n. 2. & n. 7. vbi supr. Si vero morte naturali res apud commodatarium periisset, tunc quod eodem modo apud dominum esset peremptura præsumitur ex tex. in l. verum, §. si locupleti. ff. de minor. l. si pecuniam. §. vlt. ff. de cond. caus. dat. ibi decederet enim, el. si non accepiss. et vt manumiteret, & probatur ex dict. l. si plures §. vlt. & dict. l. cum res, §. fin. quæ leges in naturali interitu loquuntur, ut dicendit Bart. in l. 4 ff. de murileg. Purpur. & Ripa. vbi sup. Menoch. dict. libr. 3. præsumpt. 138. n. 7. Medic. in tract. mors omni. solut. in prin. n. 78. Fachin. vbi sup. Carrot. ac deposit. dict. 1. part. tit. de casu. n. 7. & 8. per tex. int. qui semel. C. de re militar. libr. 11. & in c. propoſuisti. de testibus. in quæſtione utrum mois fuerit naturalis, vel non, iudicio peritorum standum est.

6 In actionibus vero personalibus commodatarium, seu depositarium ad estimacionem rei commodatae, seu depositæ post moram peremptæ teneri, licet eodem modo apud dominum esset interēputa, dicit communem Glos. hic circa fin. & cādem opinionem sequuntur Socin. in dict. l. quod te mibi. n. 23. ff. de rebus cred. Alex. in l. si filio, §. si post diuortium. ff. solut. matr. Rouert. Aurelian. libr. 1. sent. c. 23. Morl. vbi sup. vers. 2. propositio

7 Contraria, imo si res eodemmodo eset apud deponentem peritura, commodatariū, seu depositarium liberari (pro ut in realibus actionibus diximus) in puncto iuris esse veriorem tenet Glos. hic, cui Ad de tex. in l. si plures, §. 1. D. deposit. l. si cū exceptione, §. sed et. si nō culpa, D. quod met. caus. l. si vñbenda, §. si ex conditione, D. ad leg. 1. l. ibid. 43. D. de petit. bāred. l. si pecuniam, de cōdict. caus. data. Dec. in l. quod te 5. D. si cert. petat. n. 11. Hostiens. in summ. de vñsur. §. ex quibus caus. Salyc. col. vlt. D. de vñsur. & in l. 1. col. 1. C. quod met. caus. Calstr. in l. si mora, D. solut. matr.

mstr. Rub. in c. per usq;ras. §. 25. n. 11. quē
referat Carrot. eam defendens. i. p. ir. depo-
sit. tit. de causis. n. 3. Ita quod de retract. lig.
§. 15 glos. 2. lib. 8. cap. 101. Suat. in Thesaur.
lit. D. n. 91. & 92. Trentacinq. lib. 3. resol. 11.
desolut. n. 13 col. 8. vers. ex ratione huius legis
vbi hanc sequitur quando clare constat
quod res eodem modo erat peremptura
penes dominum, & late materiam prole
quitur, & contratijs satisfacit.

In actionibus autem descendantibus
ex delito communis, & practicabilis con-
clusio est, re perempta rem in distinc-
te teneri ad estimationem, ex tex. in l. in-
ter omnes. 47. ff. de furt. l. 1. §. rectissime. &
Bar. ibi. l. pen. ff. de vi, & vi armat. l. vlt. ff. de
cōd furt. Bar. vbi sup. comm. receptus & in
l. quod te mibi. num. 10. ff. cert. petat. Gl. in
l. item si verberatum. §. vltim. de rei vēd. Gl.
comm. approbata. in l. nemo, §. 1. verb. homo,
de verb. oblig. Alexand. in dict. l. cum res, §.
vlt. delegat. Dec. in dict. l. quod te in vlt. lec-
num. 46. ibi. Rip. n. 28. Corn. & Aretin in
l. 1. C. de his que vi. Menoch. vbi supr. num.
4. Couarr. reg peccatum. 2. part. relect. §. 6.
n. 1. Morl. tit. 8. in princ. n. 25. vers. 3. & vlt.

Contrariam vero sententiam, videlicet
admittendam esse distinctionem, an
res eodem modo peritura esset apud ac-
torem, vel non, & priori casu reum libera-
ri, in posteriori vero non, docet Gl. in l. 1.
C. de his, quae vi met. & vbi Salye. Fulg. Are-
tin. in l. quod te ff. cert. petat. Fachin. lib. 8.
c. 100. pro qua sententia allegat tx. in l. itē
si cū exceptione, 14. §. quatenus, ver sed et si nō
ff. de eo quod met. ibi. sed et si nō culpa eius, cum
quo agetur, obierit, si tamen peritura res non
fuit. si metum non adhibuiſet, tenebitur reuse
sic, & in interdičio unde vi, vel quod vi, aut
clam obseruatur. Itaque interdum homi-
nis pretium recipit, quanti eum venditu-

rus fuerat, si vim passus non esset. Eam e-
tiam sequitur Trentacinq. lib. 3. resol. 11. de
solut. n. 13. vers. ex ratione, & alios allegat,
& adducit text. in l. si si qui, in prīnff. de iur.
dot. & in l. si pater. §. si prādo ff. de pet. heredita-
ratio autem huius sententię est, quia in
omnibus actionibus ratio iusticię commu-
tatiō locum habet, quæ hoc exigit, ut
damnu, quod iniuria tua passus sum, quod
que mihi abest culpa tua, mihi restitu-
tur; si nullum damnum verēpatior, & nihil
mihi absit, consequenter nihil restituendū
videtur.

10 Sed his non obstantibus prima resolu-
tio est verior, & tenenda, cui non obstat,
tx. in d. §. quatenus, vers. sed si non culpa, de
cuius interpretatione vide Fabr. in libr.
16. conielur. c. 19. aliam alsignat Pichard.
in §. quadruplici. 25. Inst. de aēt. n. 10. Goucā.
lib. 5. lectionum iur. c. 11. Fachin. vbi supr.
vide Addit. ad Glos. l. titul. §. hac part.

11 Et quid sit dicendum de debitore quā-
titatis respectu certę speciei? vide Addit.
ad Glos. l. l. 18. tit. 11. hac part. vbi de hac
questione, & materia late agitur.

12 Nota ex Glos. quod in foro conscienc-
tię non tenetur, qui obligatus est ex cō-
tractu ad restituendam rem, si naturali-
ter intereat. Adde Couarr. in reg. peccatū,
2. part. §. 6. n. 6. Nauarr. in man. c. 17. n. 183.
Eman. Suat. in sum. 1. tom. c. 120. concl. 6. &
8. Gutierrez. lib. 4. q. 46. n. 23.

13 Re perempta post moram in casibus, in
quibus debitor non liberatur, ad ipsam rē
agendum est, licet in condemnatione æst-
imatione veniat; de quo vide Add. ad Glos.
l. l. 8. tit. antecedent. n. 7, & ad Glos. 3. & 4.
l. 5. sup. hoc tit.

Alia de hac materia, & quando debitor
speciei, generis, vel quantitatis liberetur,
vide in additione ad Glos. l. l. 18. tit. 11.



T I T V L V S. III.

De los condesijos, id est de deposito.

L E X. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Depositum quid sit?
- 2 Depositum dicitur re in custodiam recepta,
nō vero domi simpliciter recta. seu de-

A D D I T I O

Nota 1. ex tex. quod depositum est cō-
uentio gratis custodiendæ rei, quæ
traditur sub fide restituendi. Adde l. i. &
per tot. st ff deposit. Mantic. de tacit. & am-
big. lib. i. tit. i. n. 4. & 6. Pet. Gregor. syntag.
iur. lib. 2. 3. c. 3. n. 4. Peret. in l. 2. tit. 1. lib. 5.
ordin. post libell. in actione mand. it, & ipsius
materiam vers. queritur quid sit fol. mibi.
209. col. 1. Galganet. de iur. public. libr. 2.
tit. 15. n. 13. Carrot. de deposit. 1. par. q. 1. in-
prin. Castill. quotid. contr. lib. 3. c. 15. n. 2. A-
imat. Rod. de priuile. credit. ar. 6. n. 5. Et iste
cōtractus est bonæ fidei l. i. §. banc autem ac-
tionem l. si faculum, insi. l. Lutius la. 1. ff. de-
posit. Azor. inst. moral. part. 3. lib. 7. c. 1. de-
posit Leon. Lel. de iust. & iur. lib. 2. c. 27. du-
bit. 1. n. 1. Bonac. tom. 2. de contract. disp. 3. q.
14. pnc. 1. n. 1. Rebell. p. de oblig. iust. libr.
16. tit. de contract. deposit. quæst. unic. n. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Deponere idem est ac custodiendum dare,
ac commendare. Designatione verbii

A D D I T I O

Nota ex tex. & Glos. 2. deponere idem
esse, ac custodiendum dare. Vide Ad-
dita ad Glos. antecedētem. Id denotat p̄x-
positio ed augēs positum, vt ostendat to-
tum, quod a custodiēdam rem pertinet,
eius fidei esse commissum, l. 1. ff. deposit.
nam si solum res ponantur, non competit
actio depositi, si dolo illas, apud quem po-
site sunt res desperata sunt, sed retum a-
motarum, sive ad exhibendum. Cyn. &
Bald. in l. in iuitam ff. de procurat. Bald. in
autb. habita. C ne filius pro patr. & in l. certi.
iuris. C. locat. Dec. in l. mutuū n. 9 D si cert.
pet. Specul. de furt. vers. quod si res. Mantic.

posita.

- 3 Quid quando quis ratione alicuius officij
teneretur, & eo sc̄iēte relinquetur domi

G L O S S Æ. I.

- 2 Nota secundò ex Glos. depositum dici
quando res incustodiam recipitur, nō ve-
ro quando simpliciter in domo relinqui-
tur. Adde l. i. § quod si rem. ff. deposit. l. 1. ff. do-
prescrip. verb. l. si ego, §. fin. ff. de iure dot. Go-
met. 2. tom. variar. c. 7. n. 2. Mantic. lib. 10.
tit. 13. n. 2, cum alijs Macerat. var. lib. 2. re-
sol. 4. n. 5. Paz. in prax. 3. tom. c. 6. §. 6. num.
22. Carrot. vbi sup. n. 6. Azebed. in l. 4. tit.
2. n. 23. lib. 4. recomp. Amot. Rod. dict. n. 5.
Molin. disp. 522.

- 3 Limita hanc Glos. in eo, qui tenetur ra-
tione alicuius officij, vt in nauta, caupo-
ne, vel stabulario; nam tūc sufficit depone
re in domo ipsis scientibus. Glos. in l. 2. in-
fin. ff. naut. caupon. stabul. Specul. et. de furt.
vers. si immisissc. Cyn. in l. certi iur. C. locat.
Carrot. dict. quæst. 1. n. 6. vide Addit. ad l.
26. tit part. 5.

A R I V M.

commendare, & deponere remis-
sive. 2.

G L O S S Æ. II.

lib. 10. tit. 3. n. 3. Gomet. 2. tom. c. 6. num. 2.
Carrot. de deposit. quæst. 1. n. 6. non enim te-
netur actione depositi depositarius, si
custodiam non suscepit.

Nota etiam quod deponere est idem,
ac commendare. l. commendare, D. de verb.
signif l. Lutius D. deposit. Roman. cons. 250.
& 400. Mizerat. var. lib. 2. 5. resol. 41. n. 6.
Matienz l. 10. tit. 3. glos. n. 26. lib. 5. recop.
Pichat. in § præterea. n. 12. Inſit. quib. mod.
recontr. oblig. Gratian. 1. tom. c. 175. num. 4.
Meech. lib. 3. præfip. 69. n. 2. vide Rebuff,
in d. l. cōmēdare. in prin. vbi late egit de sig-
nificatione verbii cōmēdare, & deponere.

S V M -

S V M M A R I V M.

- 1 Depositum diuiditur in voluntarium, & necessarium.
- 2 Voluntarium quid sit? & quid necessarium? & in quo differant?
- 3 Depositum iudiciale, seu sequastrum quid sit?
- 4 Sequastrum regulariter est prohibitum de iure ciuili, & canonico.
- 5 Diuiditar in voluntarium, necessarium, & mixtum.
- 6 Voluntarium quid sit? Sequastrum voluntarium priuat à possessione, & in eo differt a necessario.
- 7 Limita quando causa custodia fit.
- 8 Necessaria sequastratio, qua dicatur, & quando possit ad eam denunciari.
- 9 Necessaria mero iudicis officio fieri potest.
- 10 Effectus dictae sequastrationis, & quos causet in rebus maioratus.
- 11 Aduersarius petens sequastrationem admittendus non est, sed possessor tuendus est in sua possessione.
- 12 Sequastratio ob metum armorum fieri non debet.
- 13 Necessaria est locus, quando ambo sunt in possessione, vel si nemo est in possessione, aut alter alterum impediatur.
- 14 Sequastrationem an iudex facere debeat,

A D D I T I O

Nota ex Glos. 3. depositum diuidi in voluntarium, & necessarium. Adeo Mantic. libr. 10. tit. 2. n. 4. Molin. 2. tō. de iust. disput. 522. Carrot. de deposit. 1. par. quest. 2. n. 30. Pichard. §. præterea, num. 15. Instit. quib mod. re contrah. oblig. ¶ Voluntarium autem depositum intelligitur, cum nullus eminēte periculo factum est. Necesarium, quando eminentē periculo fit: & in eo differunt, quod ex voluntario depositarius tenetur ad simplum: ex necessario ad duplū. l. 1. § 1. quod tumultus, ff. de posit. V. uelemb. in parat, ibi, Ias. in §. sequens. num. 5. Instit. de aëri. Mozz. tit. de deposit. c. de diuis. deposit. num. 16. & 17. Mantic. & Molin. ubi supr. Carrot. de deposit. tit. de cul p. 1. part. n fin. in fin. Vide Addit. ad Gl. 1. 8. hoc. cit.

Nota 1. ex Glos. 4. aliam esse specie de positi, scilicet iudiciale, quod solet communiter nuncupari sequastrum, & sic cum res, super qua est contouersia, apud aliquem deponitur, ut ea finita restituatur

- quando iura partium sunt obscura?
- 15 Sequastrationi est locus, quando effens in possessione dissipat fructus si contra eum sententia sit lata, et si ab ea appellauerit. Item, quando est pauper, si consumit eos.
- 16 Bona maioratus durante lite tenuta à Suprami Senatus iudicibus sequastratur.
- 17 Sequastrationi est locus, et si fructus pro suis necessitatibus consumat.
- 18 Item, quando adeat suspicio dissipationis, et si sit modica.
- 19 Alimenta litigantibus ex bonis sequastratis sunt dandi.
- 20 Succubens in lite àn alimenta restituere debeat?
- 21 Mixta sequastratio, qua dicatur: & est ei locus, quā domarus dilapidat bona dotalia, & mulier eorum sequastratione petit.
- 22 Quando maritus dilapidat bona dotalia est locus sequastrationi. Quando suabona dissipat, nos est restituenda mulieri.
- 23 Quando maritus dissipat res dotales, & prias, evocatur dicta duo remedia, & in electione mulieris est, quod velit eligere.
- 24 Depositum aliud est actuale, aliud confessatum, seu fictum, & quid sit actuale, & quid confessatum.

G. L O S S A E. III. & IIII.

victori. Adde, l. 1. tit. 12. lib. 4. recomp. l. eius apud quem ff. deposit. l. Senatus, in fin ff. de offic. Procons. l. si fidei ius s. vlt. ff. qui satisf. cog leg. l. §. pen. ff. de liber. exhib. l. interesse puto. 39 ff. de acq. possess. l. sequaster. 119 ff. de verb signif. cap. examinata. 15. de iudic. cap. 1. & 2. de sequestr. possess. & fruct. Clement. unira, eod. tit. cap. 2. de dol. & contum. Petr. Gregor. syntag. lib. 23. cap. 3. à num. 12. Rebuff. de sequestr. art. 1. gl. 1. n. 5. lib. 3. Galganet. de iur. publico, lib. 2, tit. 15. Carrot. tract. de pos. in prin. n. 1. P. 2. prax. 3. tom. c. 6. §. 6. Brison. lib. 4. de verb. signif. verb. depositum. Perez. l. 1. tit. 10. lib. 3. ordin. Azeb. rubr. tit. 11. lib. 4. num. 1. Pichard. in §. præterea. n. 17. Instit. quib. mod. re contr. obligat. Amat. Rodrig. de prius leg. credit. art. 6. n. 1. Molin. disput. 523.

4 Istud vero sequastrum regulariter est prohibitum, tam de iure ciuili, quam Canonico, ex rubr. Onigro. C. de probib. sequestr. cap. 1. de sequestr. possess. cap. 1. vi. l. pend. l. 1. tit. 9. part. 3. Lancelot. de attent. c.

Add. Ann. Ref. Glos. III. & IIII. LI. tt. III. P. V.

12 limit. 12. num. 27. in 2. part. Gonzalez, sup. regul. Cancelar. regul. 8. §. primo, in proce-
mio. num. 19. Paz. de tenut. cap. 11. n. 1. Aze-
bed in dict. l. 1. tit. 12. lib. 4. recompl. num. 1.
quæ regula in multis casibus, tam de iure
ciuili, quam Canonico limitatur.

5 Nota 2 extra Glos. sequestrum esse in
triplici differentia, voluntariū scilicet, ne-
cessarium, & mixtuin, Carrot. tract. de se-
questr. quest. 3. Azebed. n. 6. & 7. in rubr.
dict. tit. 12. Rebus. num. 5. Molin. Pichar.
num. 20. Amator. Rodrig. n. 3. ubi sup. + Vo-
luntarium est, quod fit ex conuentione,
& voluntate partium, quod semper debet
esse gratuitum iudici, & fieri potest ante
inchoatū iudiciū, vel eo pendente. l. pro-
prie, 6. l. ei apud quem. 5. §. 1. & 2. ff. deposit,
l. propter. 5. & l. is. p̄nes quem. 6. C. eod l. in
teresse. 39 ff. de acquirend. posses. cuius qui-
dem iequstrationis effectus est, priuare
quem à possessione sua; & in hoc differt à
necessario, nam illud nemine à sua posse-
ssione priuat. Bart. in dict. l. interesse. 36. n.
8. ff. de acquir. posses. Felin. in cap. illud, prope
finem, col. 2. de prescrip. Menoch de recuped.
posses. remed. 3. num. 88. Ioann. de Salua.
in tractat. de benefic. 2. par. quest. 9. Pet Fer-
rar. in sua pract. in libell. de form. sequestr.,
n. 19. Carrot. de sequestr. 1. part. quest. 4. n. 3.
Rebus. in constit. Gallic. 3. tom. eod. tract.
num. 19. Perez in l. 1. tit. 10. quest. 16. lib. 3.
ordin. Pichar. in dict. §. præterea, n. 22. Paz.
de tenuta. cap. 19. num. 11. Rodrig. in dict.
art. 6. num. 11.

7 Limita nisi causa custodie sequestrum
fit, nam tunc possessio in eum, in quem
sequestrum fit, non trasfertur. Bart. n. 1.
Rebus. & Carrot num. 11. ubi supr.

8 Necessaria sequestratio est, quando ex
iudicis decreto res, de qua est controuer-
sia, deponitur, donec lis finiatur apud se-
questrum, aut apud aliam publicam per-
sonam. l. sequester. 119 ff. de verbis. sign. l. si
fideiussor. §. si 1 ff. qui satis dar. cogantur, l. Se-
natus, in sin. ff. de offic. Presid. l. aquissimam,
ff. de usufructu. Et dicitur necessaria, quia
partes de necessitate tenentur ad eam,
postquam iudex decrevit faciendam; sed
iudex non debet ad eam deuenire, nisi vir-
gens causa suadeat. cap. 1. & 2. ut lite pen-
dente, cap. 1. de sequestr. posses. & fruct. Paz,
de tenuta. cap. 10. num. 2. & 3.

9 Quæ quidem sequestratio ex iure iu-
dicis officio fieri potest, et si nullus ex liti-
gantibus eam petat. l. aquissimum. ff. de usu-
fructu. & ibi Bald. a n. 1. & in l. 1. num. 6. C.
de prohibit. sequest. Iaf. in l. quidam existima-
uerunt, n. 4. ff. si certum petatur. Cagnol. int.
in pari. num. 6 ff. de regul. iur. Plot. in l. si quæ
do. §. 3. n. 30. unde vi. Roland. cons. 80. n. 21.
& 22. lib. 1. Capitius. decis. 96. n. 11. Paz. de
tenuta. cap. 10. num. 39. & in cap. 19. num. 8.

10 Cuius sequestrationis effectus est, vt
dum lis p̄det, nemo ex litigantibus possi-
deat, l. licet. ff. deposit. & ibi Gl. l. 1. C. de pro-
hibit. sequest. l. interesse. ff. de acquirend. posses.
Paz, ubi supr. num. 29. qui tenet eundem
effectum in rebus maioratus causare: &
optimam reddit rationem, nam licet verū
sit, quod possessio naturalis, & ciuilis in
sequenti in gradu transferatur; at tamen
effectum naturalem, & realem per legem
transferi fieri non potest.

11 Ex quo sequitur legitimū possessorē
tuendum esse lite pendente in sua posse-
ssione, nec admittendam esse petitionem
12 aduersarij sequestrationē potentis, etiā
si rixę, vel contentiones timeri possint.
Bald. in l. quidam ex istimauerint, n. 6. vers.
2. ff. si certum petatur. Iaf. n. 4. ibi, quia prop-
ter metum armorum nō debet fieri sequestrū,
nec recedi a tramite iuris, nisi quando dubium
est de possessione, secus quando unus possidet,
& alius non. Paris. cons. 41. lib. 1. n. 31. Bald.
3. num. 1. lib. 2. Carrot. in tract. de sequestr. 1.
par. quest. 6. Guid. Pap. quest. 246. Capit. de-
cis. 96. n. 11. Gomez. in l. 45. Taur. n. 197.
Matienz. in l. 9. tit. 7. glos. 1. num. 2. lib. 5. re-
compil. Padill. in rubr. C. de transact. num. 4.
Molin. de Hispan. prim. lib. 3. cap. 13. n. 71. &
72. Couarr. pract. cap. 17. num. 1. Paz. de te-
nuta. cap. 10. a n. 1. Amat. Rod. art. 6. n. 26,

13 Si vero nemo ex litigantibus in posse-
ssione actuali sit, vel ambo in ea sunt, vel
vñus alterum impedit, ne ad rixam deve-
niatur sequestratio necessaria locum ha-
bebit. l. aquissimum. l. si ususfructus. §. sed si
inter duos, ff. de usufructu, & ibi, Bart. & in
l. si disceptetur, 3. lectur. C. ubi pupill. educer.
debeat, vel mor. Plotus, in l. si quando, n. 107.
C. unde vi. DD. in cap. examinata, de iu-
dic. & in cap. 1. de sequestr. posses. & fruct. &
Abb. in cap. 2. eiujdem tit. num. 12. Puteus,
de syndic. vers. iudex, num. 1. Iacob. Aretin.
in tract.

- 14 intraest. de sequest. n. 7. Lanzelot. de attētat. declarat. 4. n. 37. & 38. Nic. Mont. intrāct. de tregua, & pace. quest. 187. num. 3. Menoch. de recuper. remed. 1. n. 319. Birgin. Vocat. de interd. uti possidetis. c. 20. n. 23. Paz. de tenut. d. c. 10. n. 15. Rodr. de priuile. credit. art. 6. n. 23. vbi tenet, quando partiū iura sunt ita obscura, vt confusione inuoluātur, & non apparoat quis alteri de iure præcedat, saluo iure cuiusque partis iudicem sequestrū facere debere. Deuenitur etiā ad sequestrum, quādo quis est in possessio ne, eaque abutitur fructus dilipādo, vel est pauper, & consummit eos, & difficilis est postea corum exatio; nam tūc, si sententia in prima instantia contra eum fuerit lata, etiam si appellauerit ab ea, sequestratio fit; nam licet, cum appellatur à sententia, non fiat sequestratio. e. ab eo, vbi Hostiēs. de sequest poſt. & fruct. l. Imperatores, ff. de appellat, tamen quando timetur de populatio, & oritur præsumptio, quād fructus desipentur, etiam appellatione pendente potest fieri. text. in c. dilectus, de sequest. poſt. & fruct. ibi. quo circa mādamus quatenus si est ita facientes fructus sequestrari prædictos. Se tex. in c. sequenti ibi ab eo, qui à sententia prouocauit, fructus possessionis, (si disipentur ab ipso) posunt lite pēdente rationabiliter sequestrari. text. in l. 1. tit. 9. p. 3. ibi Ca luego deue de ser despoderado de aquella cosa si fuere ome de quien aya sospecha que la mal metiera, o desgastara della. vide ibi Add. Bar. in l. Imperatores infin. de appell. Speculat. in tit. de appell. §. nouissime. Lanzel. de attētat. 2. p. 1. 12. limit. 12. n. 11. Curt. Sen. in trāct. de sequest. n. 8. Grat. decis. March. 63. n. 2. & 26. Carrot. de sequest. 2. p. q. 2. n. 4. vbi ait lite pendente, si timor est dilapidationis, fieri sequestratione fructuum, & multo magis si à sententia fuerit appellatu, & reus possessor fructus dilapidat, & plures refert. ampliat que, & limitat. Paz. de tenut. c. 10. n. 25. qui in n. 26. dicit, se ita decisum vidisse. Mieres. de maiorat. 3. p. q. 7. n. 36. ibi, & bodie videmus, quod iudices Supremi Consilij sequestrant bona maioratus, super quibus est lis, durante tenuta maioratus.
- 15 Amplia etiam si fructus in vsum suum convertant, & pro suis necessitatibus consumant: nam tunc præsumitur de popullatio. Bal. in d. c. ab eo. Ang. in l. Imper-
- rat. §. idē. de appell. Arch. in c. quia res. 11. q. 1. 18 Amplia timorem dilipationis sufficere, & quād iudex capiat informationem super suspicione consumptionis, seu dilapidationis. Aufr. in Add. ad decis. Capell. Tol. 477. post Bar. in l. de pollicitationibus, ff. de pollicitat. DD. in c. 1. vt lite pēdete. Gratia. d. decis. 63. n. 3. 4. 5. & 6. vbi ampliat quamvis sit modica suspicio, & pars sit soluēdo, & alios allegat, & stante dicta suspicione deuenitur ad interdictum, Lanzelot. d. c. 19 12. p. 2. limit. 12. n. 26. vbi sup. ex bonis vero sequestratis sunt danda alimenta litigātibus, l. fin. C. de ordin. cognit. l. iniusti. §. §. fide in officioso. ff. de. inofficio. testam. Hosten. in tit. de accusat. §. 1. vers. ideo que regulare. Salicet. in d. l. fin. n. 2. vers. nota bene. Alciat. de præsumpt. regl. 5. pres. 9. num. 9. Couar. prac. c. 6. n. 5. vers. ego vero, vbi tenet. locum habere, quando agit super hæreditate, vel omnibus bonis auctoris. Et hanc conclusionem generaliter procedere in quoquinque litigante de vniuersa hæreditate, vel eius parte, ait. Cephal. in cons. 127. n. 10. lib. 1. Surd. de alim. tit. 1. n. 2. Mieres. de maior. 3. p. q. 7. n. 57. Lancel. de attent. 2. p. c. 12. n. 34. & 35. vbi eandem sententiam, & conclusionem probat, & dicit quād ista subministratio per modū prouisionis fiat sine præiudicio iurium vtriusque partis. De questio ne, si succubat in lite ille, cui alimenta sunt præstata, vtrū illa restituere debeat, & an à principio teneatur fideiussorē præstare? Vide Frāch. decis. 336. n. 5. Carrot. de sequestro. 3. p. q. 11. n. 1. Couar. in d. c. 6. Castil. lib. 3. c. 27. n. 67.
- 20 21 Mixta sequestratio est, quæ fit magistratus imperio, & legis auctoritate, & patris petitione. l. si fideiussor. ff. qui satisd. cog. Menoc. de arb. casu. 87. Rebuff. 3. tū. tratt. de sequest. n. 20. Pichat. in d. §. præterea, à n. 20. Ut si maritus dilapidet bona dotalia, & mulier petierit quād dos sequestratur, & iudex apud sequestrū deponi iussif set, pro ut facere tenetur, l. si cum dotem. §. sin autem. ff. solut. matrī. si constante, eod. tt. l. vbi adhu C. de iur. dot. auth. de equalitate dotis. §. illud. coll. 7. c. per vestras. de donat. int. vir. & vxor. & ibi, Rubeus. Bald. §. 17. & §. 18. l. 2. tit. 9. p. 3. & Gl. 4. l. 29. tit. 11. p. 4. vbi vide Addit. Grauet. cōf. 272. n. 15. Bald. Nouel. de dote priuile. 70. p. 6. &
- 17

Add. Ann. & Ref. Glos. I. LII. tt. III. P. V.

*priu. 25. p. 7. Barb. in l. si constante. 25. n. 10.
ff. solut. matr. Amat. Rod. de priu. credit. c. 6.
n. 30. Carrot. de sequestr. p. 2 q. 2. n. 1.*

Quod intellege, quando maritus dissipat res dotaes, *tx. in d. l. si cum dotem, §. sin autem, ff. solut. matr.* nam quando maritus dissipat sua bona, tunc dos est mulieri restituenda, nec sequestratio sufficit: nam bonis deficitibus deficit principale fundamentum, in quo radicata est omissis hypotheca, & obligatio, *auth. de aequalitate do-*
tis, collat. 7. tit. 8. §. illud. Bar. in d. l. si consta-
\t, n. 5. & ibi, Barb. n. 16, & 17, Carrot. ubi
sup. n. 2. + ubi tener, quando maritus dissi-
patis res dotaes, & proprias, haec duo re-
meilia simul coocurrere, & mulierem pos-
se alterum ex eis eligere; differre tamen

23

L E X.

S V M M A R I V M.

- 1 *Depositum est gratuitus contractus. & si preium pro custodia assignetur, seu accipiat, transit in alium contractum.*
- 2 *No est si actum sit, quod depositarius fructus suos faciat.*
- 3 *Non contrabitur, si pactum sit quod depositarius redderet usurias deponenti. Nec deponens gaudet priuilegiis depositi.*
- 4 *Item si actum sit, quid, possit ut pecunias depositis, & non teneatur restituere rem, nisi post duos annos, aut tres; nisi ratio custodiae possit durare.*
- 5 *Depositum est, si de ipso a principio contrabendo agitur, & de salario prestanto.*
- 6 *Si simpliciter res tradatur custodienda assignando salarium, est locatio.*
- 7 *Depositarius, & sequester, cum nudus ministerit, non potest petere salarium.*

A D D I T I O G L O S S A E. I. & II.

AD Glossam. 1. & 2. Nota 1. ex glos. depositum dici quando gratis datur res custodienda nullo assignando, vel praestando preium pro custodia: nam si preium pro custodia assignetur, transit in contractum locati, & conduci. Addel. 1. §. vestimenta. ff. depos. & DD. ibi, Carrot. de depos. 1. p. q. 1. n. 3. Mant. de tacit. & amb. lib. 10, tit. 1. n. 6. Pet. Gregor. synt. lib. 23. c. 3. Gasp. Rod. de ann. reddit. lib. 3. q. 11. n. 39. Amat. Rod. de priu. cred. art. 6. num. Pichard. in §. præterea, n. 5. inst. quib. mod. re contr. Azor. p. 3. lib. 7. tit. de depos. c. 5. & Bonac.

in hoc, quod maritus offerendo cautio- nem, sequestrationem dotis poterit evita re, non vero remedium ex dicta authent, de quo latius agemus in Addit. ad 4. par.

Nota tertio extra glos. aliud esse depo situm actuale, aliud confessatum, seu fictum. Bal. in l. assiduis, C. qui potior, in pig. babean, & conf. 584. vol. 1. Socin. conf. 143. col. pen. vol. 1. Rolan. conf. 17, Fachin. contro. lib. 2. c. 92. Carrot. de depos. 1. p. q. 2, Moz. de dep. §. de diuis. depos. n. 6. Castill. lib. 3. c. 18. n. 7. depositum actuale, seu reale est, quando realiter, & cum effectu constat de re de posita, de quo, supr. in glos. 1. Confessatum vero est, quando non constat, nisi per confessionem de re deposita. Ut infra dicimus.

II.

- 8 *Salarium non conuentum non debetur ad ministratoribus, & negotiorum gestoribus*
- 9 *Salarium depositario coactio debet signare iudex.*
- 10 *Quando res, quæ deponitur, indiget admini stratione, debetur salarium, secus vero si ea non indigeat.*
- 11 *Quando officium est onerosum, & multi la boris debetur salarium, et si ab initio promissum non fuerit.*
- 12 *Salarium debetur, quando dominus solebat accipere administratorem, & administrator locare operas, & hoc non requiri tur copulativè.*
- 13 *Quando ex negociatione negotiator nullum commodum sentit, & est pauper, debetur ei salarium.*

G L O S S A E. I. & II.
de contr. quæst. 3. q. 15. p. 6. l. 3. n. 5. vers. si vero depositum non consumitur, ait quod si pro usu deponens aliquid percipit, est contractus locationis.

- 2 *Amplia primò, non esse depositum, si actum sit, vt depositarius fructus sibi percipiat, l. 1. §. si quis seruum ff. depos. Rip. n. 16. Alciat. n. 16. ad fin. in l. 2 ff. si cert. petat. Berroi. cōf. 194. n. 14. Mant. lib. 10. tt. 1. n. 6. Bonac. q. 14. pun. 1. n. 1. vide Add. ad gl. 8. l. 5.*
- 3 *Amplia secundò, quando a dū est, quod depositarius redat, seu det usurias deponēti. Nam ex eo ipso actum videtur, quod habeat*

habeat in creditum. Rodig. de ann. redit. lib. 3 q. 11. n. 20. Monach. decis. Luccens. 39. à n. 8. Amat. Rod. vbi supr. i. p. art. 6. n. 11. vbi tenet quod non gaudet priuilegijs depositi, nec separatur ab alijs creditoribus chyrographarijs, cum potius sit mutuum, quam depositum, vbi alios refert Bonac. de contract. q. 14. p. 11. l. 3. n. 1.

4 Amplia tertio, quando actum est, quod depositarius possit pecunijs depositis, & non teneatur restituere nisi post duos annos, aut tres: vel si relinquatur restitutio depositi in nutu depositarij, nam tunc non est depositum, ea videlicet ratione, quia deponens non eget tali, tantaque custodia: atque ita, licet ab initio agatur, ut sit depositum, non potest dici depositum, cum deficiat omnis substacia, scilicet ratio custodij. Roman. cons. 26. col. 1. & cons. 520. col. 1. Gasp. Rod. vbi sup. num. 31. vbi tenet quod in dictis casibus erit verum mutuum. Quod limita nisi ratio custodij possit durare, nam tunc gaudet priuilegijs depositi ex rationibus traditis in Addit. ad Glos. 4.

5 Limita primò huius Glosæ doctrinam, nisi à principio actum sit de deposito, & de salario præstando pro custodia depositi, nam tunc depositum est, licet irregulare. Ias. Alex. & Rip. inl. 2. ff. si cert. petat. ex tex. in c. bona fides, de depos. Carrot. d. 1. p. 111. de culpa depositarj n. 19. Perez, in l. 1. tit. 10. lib. 3. ordin. q. 8. Gutierrez. de tutel. lib. 3. q. 7. n. 12. Mantic. lib. 10. tit. 1. num. 6. vbi aut cum causa custodij titulo depositi traditur, vel numeratur, est de depositu. Rodri. q. 11. n. 39. Pichard. in d. §. præterea, n. 32. alias si simpliciter res tradatur custodienda assignando salariuna pro custodia, erit locatio. Ut tenent Roder. & DD. vbi sup.

7 At que ita depositarius, sive sequester, cum nudus minister sit, nullum potest petere salario. l. Lutius, §. 1. ff. de leg. 1. Bald. cons. 185 col. 2. lib. 1. Angel. Nicol. Roman. Aret. in l. interest, ff. de acq. posse. Tiraq. de retract. 2. p. gl. 7. §. 4. n. 6. Peret. l. 1. q. 8. s. 16. 10. lib. 3. ordin. Gutierrez. in d. c. 7. n. 9. Baez. de decima tutor. c. 20. n. 20. Carr. de depos. p. 1. titul si depositarius non aliter quam nummis acceptis restituat.

8 Amplia in administratore, negationum gestore, quibus salarium non conuentum non debetur. l. 1. ff. de var. & extraordin. cog. l. qui mutuam pecuniam, § 6. §. non ideo minus

versus salarium ff. mand. l. 1. & l. salaryum. 17. C. 103. & utrobique UD. Guid. q. 68. col. 2. Flor. à Men. var. lib. 1. q. 8. §. 3. pro qua refert. Nat. Puteus decis. 45. lib. 2. Rota in nouis. p. 1. decis. 559. Marta. voto. 94. n. 1. Ricc. 5. p. collect. 1540. & 1885. vbi plures decisiones refert. Scacc. de commert. §. 3. glos. 3. n. 2. Monter. à Cueu. decis. 29. à n. 1. usque ad 31. vbi pro hac opinione, & contraria plures refert, & in his, qui non sunt soliti locare operas suas, hanc tueretur, de quo vide infra. limit. 4. Tuschi. litt. A. concl. 213. & litt. S. concl. 7. n. 11. & 12.

9 Limita primo, quando quis per iudicem fuit compulsus accipere depositum. ut diximus, infra. ad Glos. 6. l. 3. nam tunc iudex debet ei assignare salaryum, præsertim si talis depositarius sit officialis, & ob depositi causam non possit in suo officio laborare. Tiraquel. de ret. conu. 2. p. §. 4. glos. 7. n. 8. Fran. Curt. Sen. de sequestr. q. 24. Petet. in l. 1. tit. 10. q. 8. vers. ite etiæ, lib. 3. ord. B. iez. de decim. tutor. c. 20. n. 20. Parl. differ. 130. §. 8. vbi distinguit, quod aut sequestro, seu depositario committuntur pecunie, aut vestimenta, aut quid aliud simile; & tunc non debetur salaryum. Idem que tenet Baez. in d. n. 20. Gutier. de tutel. lib. 3. q. 7. n. 9. aut vero res, quæ deponuntur egent administratione, & tunc est ei assignandum salaryum. Auend. c. Prat. c. 2. n. 8. lib. 1. Gart. de expes. c. 20. n. 14. Azebed. in l. 1. tit. 12. n. 19. libr. 4. & in l. 13. tit. 9. lib. 3. recomp. a n. 3. Gutier. de tutel. lib. 3. c. 7. n. 14. Mont. decis. 29. n. 1. i.

10 Limita secundò, quando officium est onerosum, & difficile, multi que laboris, non tunc debetur salaryum, et si ab initio suscepti muneris promissum non fuerit. c. 1. de syndicat. & ibi Bald. Cyn. Salic. Aret. in l. 1. C. mandati, Menochi. cons. 228. n. 20. 3. tom. & 570. n. 4. 6. tom. Baez. n. 20. & c. 2. à num. 19. Flor. de Mena. lib. 1. q. 8. §. 3. n. 2. ibi si labor fuisset ita magnus, quod nullus esset amicus, sine salario eum subiret, Gutierrez. d. lib. 3. c. 2. n. 10.

11 Limita tertio quando dominus solitus esset conducere administratorem, & qui administravit erat consuetus operas suas locare. Bart. in l. 1. §. ludi. ff. de var. & extraord. cogn. Ias in l. si pecunia, ff. de cond. causat. Alex. cōs. 109. in prin. libr. 6, R. in. Sen. cons. 349. n. 3. & 318. n. 29. lib. 2. Feder. Sen. in. cons. 218. & sequent. Socin. cons. 196. in fine

Add. Ann. Ref. Gl. III. & IIII. LII. tt. III. P. V.

fine vol. 2. Rot. decis. 559. in fin. p. 1. nouissim.
Ricc. in coilest. decis. 5. part. collect. 1540. &
1885. Aluarad. de cōiectur. ment. lib. 2. §. 1. à
n. 114. Grat. discep for. c. 2 57. n. 1, qui in n. 3.
ex quadā Rotæ decisione cōcludit non re-
quiri quod copulativus probetur dominū
solitum esse conducere, & seruum locate
suas operas. Sed vnum solum requisitum
probare non sufficere contra decisionem
Genuen. 105. n. 5. tenet Flores de Men.
obisupr. n. 9. nisi tamen quando ex illius
negotiatione; & labore dominus commo-

13

S V M M A

- 1 Dominium rei depositæ regulariter in de-
positarium non transit.
- 2 Depositū rerum, quæ in pondere, & mensu-
ra consistunt, ad numerum, seu pondus
factū, possessionē in depositariū trāsfert.
Et an mutuā contrabatur, n. 3. & 5.
- 4 Depositum dicitur, si in initio cōtractus de-
turfacetas vtiendi re deposita.
- 5 Depositū contrac̄tū alteratur, & in mu-
tuū transfandit, si post initium detur
facetas vtiendi re deposita.
- 6 Depositum si fiat ad numerum, & depos-
tarius depositum inesse conseruaret, est
reale. Contrarūm nisi iuris pr̄esumptio
pr̄esumptionibus ellidatur, n. 7.
- 8 Depositam fuisse pecuniam ut species pr̄e-
sumitur ex qualitate personarum.
- 9 Item quād sit apud depositarios generales.
7 Nota quinto ex Glos. quod Prælatus non debet præponere utilitatem suam utilita- ti Ecclesie. Adde Barbat. de præst. Cardin. q. 3. n. 30. Bacz. de decim. tutor. c. 2. n. 91. Mō- 8 tan. de tutel. c. 32. regul. 9. num. 11. fūbitenes quod hęc regula procedit in omnibus illis, qui pro tutoribus, & curatoribus se gerunt. ex quo colligitur, quod tutor, seu curator adeo res pupilli, siue minoris curare debet, ut eas præponat suis. l. tutor secundum digni- tatem, §. 1. ff. de administr. tutor. nisi res tutoris sit præciosior, Curt. Iun. d. §. 1. Roman. singul. 705. Glos. & Bart. in l. si ut certo, vers. quod vero ff. commod. Cassan. in consuet. Burg. libr. 6. §. 4. verb. entregens nobles. vers. main- tenir. n. 2. Montan. vbi sup. n. 8. & 10. & cap. 30. n. 93. & 94. Bacz. vbi sup. Gutierr. de tu- tel. lib. 2. c. 1. n. 128. qui in n. 129. ampliat non solum teneri quando constat, quod potuit solum

res pupilli salvas facere, sed etiā in dubio, ex eo quod tutori incumbit probare non potuisse res pupilli salvas facere, pro qua adducit text. in l. tutor. §. 1. ff de administr. tut. & Bart. ibi, & Roman. in d. singul. & in n. 130. limitat quando tutor non potuisse salvare res pupilli, sed tantum suas. ex Bar. ubi sup. & est ratio, nam non potest dici esse in culpa, si utilitatem propriam praetulerit.

S V M M A R I M.

- 1 Depositarius tenetur de leuissima culpa, si sui iatum gratia depositum sit factum.
- 2 In depositi materia, quando dicitur depositarium teneri de periculo, seu custodia, in: el

A D D I T I O

AD Glos. 9. Nota primò, si depositum tantum fiat gratia recipientis, depositarius teneri de leuissima culpa. Addit. l. si quis nec causam. ff. si cert. petat. l. 1. §. sepe, ff. deposit. ibi sed si quis se deposito obtulit idem Iuliā scribit periculo se deposito obligasse, ita tamen, ut non solum dolum, sed etiam culpam, & custodiā p̄stet, non tamen fortuitos casus. Iass. & Dec. in l. si quis nec causam. Gonet. 2. tom. var. c. 7. in fin. Moz de deposit. c. de diuis. depositi n. 3. Viuiu. comm. opin. verb. depositum, n. 2. Eman. Suar. litter. D. n. 57. Carrot. de depositis. tit. de culpa depositarij. n. 17. & tit. si depositarius aliam rem quam accepit, restituat. n. 5. & 6. Pichard. in § præterea Inst. quib. mod. re contr. oblig. n. 33. Mantic. libr. 10. c. 2. n. 8. Angel. verb. deposit. §. 3. Sylvest. ibi. d. q. 1. P. Rebell. de oblig. iust. lib. 16. de deposit. q. unicus. n. 13. Nauart. in manual. c. 4. n. 3. Lud. Lop. instr. conscient. c. 197. :

Nota ex text. & Glos quod quando simpliciter in hac materia depositi dicitur, quod depositarius tenetur de periculo, intelligitur secundum iustum intellectum de leuissima culpa: Idem quando dicitur quod de custodia tenetur, ut aparet ex d. § sepe, & tenet Carrot. ubi supra. n. 18. vers. ultimo, qui ait idem intelligendum esse, si in instrumentis similis clausula ponitur,

L E

S V M M A R I V M.

- 1 Depositarius, seu bares eius tenetur restituere depositum deponenti.
- 2 Non excusat, ut a restituzione depositi, et si de defectu dominij deponentis opponat.
- 3 Si opponat de proprio dominio auditur.

lit utilitati pupilli, ne alias suum officium sic sibi damnosum, & in n. 130. limitat. 2. quando res tutoris est præciosior, seu æqualis, ex eo quod tunc sit locus gratificationi. vide Addit. sup. n. 5.

9 Nota sexta ex Glos. quod quilibet clericus tenetur præferre utilitatem Ecclesiæ utilitati propriæ ex Abbat. in c. tua no[n] de iur. iurâ l. Gl inc. scias verb. præferes. 7. q. 1.

ligitur de leuissima culpa.

- 3 Depositarius tenebitur defarto sis ius gratia depositum factum sit.

G L O S S Æ. IX.

videlicet quod de periculo tenetur Moz. de deposit. §. de natur. depos. num. 31. Mantic. art. lib. 10. tit. 9. num. 18. Gramat. conf. 94. num. 31. & seq. & n. 48. 49. & 55. libr. 2. ubi tenet quod suscipiens in se periculum non tenetur de casu fortuito. Farin. de furt. q. 169. n. 41. ex eo, nam qui in se suscipit periculum, tantum ad leuissimam culpam obligatur.

3 Nota secundo extra Glos. quod in casu nostræ Glos. depositarius semper tenebitur de furto, nam furtum semper censetur fuisse commissum ob culpam saltim leuissimam. Gramat. conf. 110. n. 15. libr. 2. ex tex. in l. secundo, §. damna ff. pro socio. Pet. Vbald. de duobus fratrib. p. 8. n. 16. Menoc. casu. 390. & de præsup. lib. 5. præsump. 3. n. 128. & præf. 61. n. 30. libr. 6. Mascard. concl. 467. & 829. Felic. de societ. c. 21. n. 45. Farinac. d. q. 169. n. 33. & licet in dubio culpa præsumatur, ab ea excusat, si fortum factum fuit sine villa protulit culpa depositarij. l. qui fortuitus l. si nulla. & l. pignus. C. pignor. l. 4. C. delocat. Gramat. d. conf. 94. n. 38. Ant. Gabriel. libr. 3. rub. de reb. cred. conclus. 2. n. 3. Gomet. 2. tom. var. lib. 2. c. 7. n. 1. Farinac. ubi supra. n. 40. item de alijs casibus, in quibus culpa præcessisse præsumitur. vide Addit. ad titul. anteced. & infr. in Addit. ad Glos. l. tit. 8.

X. V.

S V M M A R I V M.

- 4 Non excusat a restituzione, et si tertius ei denuntiet, quod non restituat depositum, quia deponens est ipsius debitor, et si ostendat publicum instrumentum.
- 5 Si iudicis aliter fiat denuntiatio, depositum non

Add. Ann. & Ref. Cl. I. L. V. tt. III. P. V.

debet reddere.

- 6 Si præcipiat quod depositum alteri soluat, an notas facere inhibitiones sibi factas ad petit ionem aliorum creditorum teneatur.
- 7 Hereditibus depositarum depositum restituendum est.
- Heredes depositarum tenentur restituere depositum, & et si plures heredes, in solidum.
- 9 Contra heredem ex dolo defuncti datur actio in solidum, si sunt plures pro hereditatibus portionibus, & quid ex lata culpa ibi.
- 10 Item in actionibus ex delicto prouenientibus cum non poena, sed rei habeant prosecutionem.
- 11 Delictio rei furtiva obligat heredes furis.
- 11 Actio ex delictis non transit in heredes, præter conditionem furtivam.
- 12 Prima sequitur, & interpretatur. l. vltim. C. ier. amotar.
- 13 Regulariter actiones penales tam ex contractu, quam ex delicto non dantur in heredes, nisi rei persecutionem continet.
- 14 Quando lis est contesta cum defuncto, actio in penalibus contra heredes datur.
- 15 Declaratur quando litis contestatio est valida de iure.
- 16 Item quando actio ciuiliter est intenta, secus si criminaliter.
- 17 Item in delictis priuatis.
- 18 Indelictis publicis actio, et si lis sit contestata cum defuncto, ad heredes non transit; sed requiritur, quod præcedat condemnatio, et si pena sit pecuniaria, ut confiserit.

A D D I T I O

AD Glos. 1. Nota 1. ex text. depositarium, seu heredem eius tenet restituere depositum deponenti sine dilatione. Add. text. & ibi, Glos. & DD. in l. si quis, C. depositi, vide Addita. infra ad glos. 4.

Amplia primò, à restitutione non excusari, & si depositarius opponat de defecitu dominij deponentis, ex text. in dict. l. si quis & ibi Cyn. & Bart. Bossius. in prax. crimin. tit. de carcere, n. 16. Cartot. deposit. 1. par. tit. de casu. n. 76. fol. 129. & in q. 3. tit. si predo, vel fur deponat, n. 8. ubi tenet, quod etiam predoni debet restituiri depositum, per text. int. 1. § si predo ff. deposit.

Intellige quandò deponens agit condicione dictx l. si quis, scilicet actione depositi, & de domino tertij opponit; secus si de proprio dominio opponat. Vide Addit. ag-

tio bonorum.

- 19 Item requiritur, quod sententia sit transacta in re iudicata, & quid si agatur pecunialiter, seu mixta in depona pecunia, & corporali.
- 20 Quando poena imponitur ipso iure, datur cōtrahereditate contestata: & an debet præsedere declaratio iudicis seu sufficiat, quod de delicto constet per partis cōfessionem, seu testibus, remissive.
- 21 Quando reus latitat, & non potest reperti, perinde habetur, ac si cum eo esset lis contestata.
- 22 Item quando ex delicto defuncti ad heredem aliquid peruenit, nam tunc actio in eum datur, & in successores heredis, licet id, quod peruenit, statim consumepserit.
- 23 Quando actiones ex parte heredis sunt penales, & ex parte auctoris rei persecutoriae, ut cu agitur ad damna. & interesse, tunc in ipsis actio datur de iure canonico, & an per iuramentum Ecclesiasticum possint compelli.
- 24 Quando ex parte auctoris sunt penales, de iure canonico contra heredes non dantur.
- 25 Quando defunctus patre bona habebat heredes non tenentur ultra vires hereditarias, et si non consercent inuentarium.
- 26 Declaratur procedere de iure canonico, & non de iure ciuili; nam lex ciuils præsupponit, quod occultauit bona, qui inuentarium non conficit.

G L O S S A E. I.

Glos. 4. l. seq. & ad Glos. 1. l. 18. tit. 3.

- 4 Amplia secundò, et si tertius protestetur depositario, ne rem, seu pecuniam depositam restitutam deponenti, ex eo quod deponens sit ei debitum alicuius quantitatis ostendens publicum instrumentum, et si generaliter, vel specialiter pro securitate debitis, seu pecunia deposita hypothecata est. autb. sed & iam cantum, C. depos. Ripp. in c. cum M. rum. 158. de constit. Alex. in l. si heres cum debuerat, ff ad senat. cons. Trebel. Bartbol. in l. si alienam ff. solut. matrim. n. 11. & 12.

- 5 Intellige quandò extra judicialiter protestatio fit, nam si judicialiter fiat, depositarius absque iudicis mandato illud redere non debet; quia inhibitio facta per iudicem semper impedit solutionem heri; & ibi, Bart. ff. de

- ff. de leg. commiss. Barbos. d. l. si alienam, n. 12.
 6 & 13. Carrot. d. tt. de casu. n. 73. Et de quæstione an si superueniat iudicis mandatum, ut alteri soluat, teneatut iudicii notas facere inhibitiones sibi factas ad aliorum creditorum petitionem, ut liberationem plenam consequatur. vide Addit. ad Glos. 1. l. 3 sup hoc tit. n. 3. vbi late de hac quæstione egimus, & in Addit. Glos. 4 l. 4. tit. 14. infra.
- 7 Nota secundò ex text. hæredibus depositarij depositum restituendum esse. l. si plures ff. deposit. vbi juris consultus docet, quod si plures sunt hæredes, & maior pars adiuerit hereditatem, eis est præstandū. Mantic. lib. 10. tt. 7 n. 2. Vide Addit. ad Gl. 3. infra.
- 8 Nota tertio ex text. quod hæredes depositarij tenentur ad restitutionem depositi, & si sunt plures hæredes, anteneantur in solidum, vel pro portione hereditaria. Vide Addit. ad Glossas 1. 5. tit. antec. vbi late egimus de hac quæstione.
- 9 Nota secundo ex Glos. contra hæredem ex dolo defuncti dari actionem insolidum, si vero sint plures hæredes pro hereditarijs portionibus. Adde Bart. Bald. Paul. & communiter DD. in l. si hominem, §. datur, ff. deposit. Mantic. lib. 10. tt. 8. n. 2. Couart. variar. lib. 3. c. 3. n 8. post medi. Menchac. libr. 3. controversi. illustr. t. 96. num. 7. vers. 7. ludit. Gutierrez. canon. cap. 18. Pichar. in §. nō autem omnes, Inst. de perpet. & temp. action. Farinac. in prax. crimin. tom. 1. q. 10. n. 76. vers. limit. 5. Vuclemb. ff. deposit. vel contr. num. 9. & assignatur ratio, in dielo. §. datur, ibi, quamquam alijs ex dolo defundi non solemus teneri, nisi pro parte, qua ad nos peruenit, tamen quia hic dolus ex contractu, reique persecutione descendit, ideo insolidum unus hæres tenetur, plures vero pro ea parte, qua quisque hæres est, Cachet. decis. 152. per totam, & comprobatur hæc ratio ex tex. in l. licet de in litem iurando. & ex toto tt. de hæredibus tutorum.
- Amplia primò ex lata culpa etiam in hæredes depositarij deponenti dari actionem. Pro qua facit argumentum text. in l. 1. de heredit. tutor. & pro comprobacione facit quod diximus supra in Addit. ad Glos. 8. l. 3 n. 13. cum sequent.
- 10 Amplia secundò in omnibus actionibus ex delicto priuenientibus, cum non pœnit, sed rei habent prosecutionem. Faber. in l. scutti pœna ff. de regul. iur. Angel. in l. univ. Coex de
- lict. defurib. col. 2. Faber. libr. 4. coniect. cap. 1. Culac. i. 6. 7. obseruat. c. 37. Menchac. n. 24. Gutierrez. a. num. 55. Pichard. 40. vbi supr. Gomez. 3. tom. variar. c. 1. n. 5. Et primo facit tex. in l. si pro iure. §. 2. ff. de cōdit. if. irt. & l. si pro herede, §. ultim. ff. eodem, ibi, condicō rei furtiuæ quia rei habet persecutionem, hæredem quoque furti obligat, nec tantum se vinat seruus furtiuus, sed etiā si decesserit, & l. in conditione. 9. eo zem. tt. ibi, in conditione ex causa furtiuano pro parte, qua peruenit, sed insolidum tenemur, tū in solidū hæredes sumus pro parte autē pro ea parte, pro qua hæres est, tenetur.
- Secundo facit tex. in l. contra 6. §. si post ff. de actione reru amotar. ibi, si post diuortiu mazatus decesserit, hæres eius reru amotar. i. iudicio vii potest. item hæres mulieris ex hac causa tenebitur: sicut cōdictionis nomine ex causa furtiu.
- 11 Contraria tamē opinionem, videlicet actiones ex delictis non trahire in hæredes, preter conditionem furtiuam, tenere Phanut. de inuictar. hæred par. 7. n. 70. Farinac. prax. crimin. 64. q. Ant. Gomez n. 85 vbi supr. Fachin. controuer. iur. lib. 9. c. 5. cuius quidem sententia fundamentum est tex. in l. vlt. C. rerum amoiarum, ibi, de rebus, quas diuorti causa quondam uxorem tuam abs tulisse proponis, reru amotarum actione contra successores eius non insolidum, sed in quantum ad eos peruenit.
- 12 Sed non est recedendum à l. prima, nec fundementum contrarie sententiae obstat, videlicet text. in dict. l. ultim. nam, ibi, loquitur, quādo sunt plures hæredes eius, qui res amouit, nam tunc singuli insolidum non tenentur, sed unus, iisque pro ea dunt taxat parte, que ad eum peruenit. Secus autem si unus iusset hæres, nam tunc in solidum aduersus ipsum latit, veluti omnes, etiam si nihil ad eos peruenit, simul insolidum tenentur. ex dict. l. in conditione, ibi, insolidum tenemur cum solidū hæredes sumus pro parte autē hæres pro ea parte, qua hæres est, tenetur.
- 13 Ex quibus deduces regulam illam, actiones pœnales in hæredes non dari verissimile, procedereque tam in actionibus pœnalibus ex contractu, quatenus pœnales sunt, hoc est in duplum, nam in simplum, ut diximus semper dantur: quam in pœnalibus ex maleficio, qua in hæredes non dantur tam in quadruplum, seu duplū, quam in simplum, nisi rei persecutionem,

con-

Add. Ann. Ref. Gl. I. L. V. tt. III. P. V.

contineant (ut extat dictum) & probatur; nam poena suos habet autores, & sancimus. de pœnis, filius enim non debet portare ini- quitatem patris. l. vnic. C. de delict. defunct. Dec. & sicuti pœnæ, ff. de regul. sur. Gl. in §. non omnes. Inst. de perpet. & temp. act. & dicta re- gulâ procedere in contractibus probatur ext ex. in l. i. §. 2. ff. depositi ibi earum autem rerum, que supra comprehensa sunt in ipsum, in duplum in b. scedem eius, quod dolo malo eius factum est: dicetur qui mortuus sit, in simplum, quod ipsius, in duplum iudicium dabo. de qua regula egerunt Bat. in d. §. prætor. 2 ff. te po- sit. & in l. i. & 2 ff. de priuat. delict. Dueñ. re- gul. 13. & 137. Capra. regul. 77. Medic. træt. mors omnis soluit. p. 2. cōcl. 2. n. 5. Bossi. qui plures distinctiones refert, & declarat, it. de accusat. à n. 34 & it. de fæt. a n. 105. Iul. Clar. in prax. in §. fin. q. 15. Peregn. de iure fisc. lib. 4 tit. 5. Menoch. cons. 99. a n. 150. Men- chac. lib. 3. cōtr. illas. c. 96. n. 20. Rod. Suar. allegat. 26. Couarr. lib. 3. var. c. 3. a n. 7. Go- met. 3. to. c. 1. n. 85. Pichat. in d. n. 32. ubi sup. Farin. tom. I. q. 10. Olasc. dec. 149. & 152.

14 Limita primò hanc regulam, quando lis est contestata cōtra defunctum; nam tunc actio transit cōtra hæredes in pœnib. l. omnes, l. sciendum, ff. de action. & oblig. l. i. ff. de priuat. delict. leg. sicuti, & leg. pœnalia, 125 ff. de regul. iur. l. vnic. C. ex delict. d. fact. l. quod diximus, §. vlt. ff. quod met eauf. l. b. re- dem. ff. de calumin. l. in hæredem ff. de do o. l. in de Neratius, §. banc ff. ad legem Aquil. l. consti- tutionibus, ff. de actionib. l. vltim. C. rerum a- motarum, l. 25. tt. 1. l. 3. tt. 15. & l. 3. tit. 16. p. 7. & utrobique vide Addit. Bart. in l. in a. ctio nibus, col. pen. & vlt. ff. de in litemur. Men- ch. num. 25. Pichat. num. 45. Gomet. n. 85. Olasc. n. 4 ubi sup. Fachin. controu. illas. lib. 9. cap. 5. Ant. Faber. de error. 4. part. decat. 80. error. 8.

15 Intellige primò istam limitationem esse intelligendam, quando litis contestatio est valida de iure, si autē esset inualida, tūc nō operari transmissionē cōtra hæredes: omnes enim esse debet, qui ex litis contestatione causantur, oriuntur, quando litis contestatio valet. authent. offeratur. infir. C. delictis contest. Glos. in l. si pater, C. ne de statu defunc. & ibi Bal. & in d. l. vnic. C. ex delict. defunct. Menoch. ubi supra. vers. modo. Farin. tom. I. q. 10. n. 54. infir.

16 Intellige secundò procedere, si lis civiliter est intentata, nam si agatur criminaliter, tunc actiones non transirent in hære- des. Glos. in l. ex iudiciorum, ad fin. ff. de accus. Bald. in dict. l. vnic. vers. de uno quero, & ibi Aluer. & Angel. col. 2. vers. in priuatis de- liciti. Bossius, in tit. de accusat. n. 35. Gomez. d. c. 1. n. 85. Farinac. num. 54. Menchac. lib. 3. controuer. illastr. c. 96. n. 28. Caual. resol. crimin. centur. 3. casu. 298. n. 4.

17 Intellige tertio procedere in delictis priuatis, vt in delictofurti, vis honorū rap- torū, iniurię, vel in alio simili delicto; nam in illis, si iesus delinquens moriatur ante ac- cusatiōē propositā, extingitur, & annul- latur delictum, & pœna non transit contra

18 hæredes; secus autem in publicis delictis, nam etiam lite contestata cum defuncto ad hæredes non trālit; sed requiritur quod præcedat condemnatio, etiam si pœna sit pecuniaria, vt cōfiscationis bonorum, l. ex iudiciorum, & ibi, Bart. Aluert. & DD. ff. de accusat. l. 3. l. defuncto, C. de public. iudic. l. cri- men. de pœnis, l. fin. C. si reus, vel accusat. mort. Bald. col. 2. Angel. col. 1. & in leg. vnic. C. ex delict. defunct. Grabiel. tit. de malefici, concl. 35. in princ. Mats. in l. fin. n. 28. ff. de quest. Bertaz. cons. crimin. 33. num. 4. Butt. cons. 58. in princ. Vulpel. consil. crimin. 1. n. 4. Iul. Clar. in prax. crimin. q. 51. n. 12. & 16. Mench. a n. 4 & 15. Farin. n. 45. Gomet. n. 82. ubi supr. Pichard. in d. §. non autem omnes. n. 62.

19 Quod procedit in sententia, seu con- demnatione, quæ transacta est in rem iudi- catam, non vero appellatio suspensa, appellatio enim quodam modo iudicatum extingit. l. i. infir. ff. ad Turpill. l. ita demum ibi Bald. & DD. C. de procurat. l. fin. C. si reus vel accus. Glos. in l. ex iudiciorum, D. de accu- sat. Bart. Angel. & DD. ibi, Medic. in d. trac- t. st. mors omnia soluit. 2. p. concl. 32. n. 37. Ca- pra. regul. 67. n. 28. Peregn. de iure fisc. lib. 4. tt. 5. n. 38. Gomet. ubi supr. n. 82. & in n. 83. dīlinguit, aut agitur de pœna corporali tātum, vel mixtim de pœna pecuniaria, & corporali, ita quod pœna pecuniaria ve- nit accessoriè ad pœnā corporalē, & tunc extinguit morte rei; aut vero agitur ex criminie pecunialiter tantū, vel mixtim, sed & que principaliter, & tunc quoad pœ- na corporalem extingui, nō verò quoad pœnā publicationis bonorum. eandem dis- tinctio-

tinctionem refert, & sequitur Menoch. n. t.
17. & 18. Farin. n. 47. Pichard. n. 63. vbi sup.

²⁰ Limita hāc doctrinam, quādō pœna imponitur ipso iure, nam tunc bene datur cōtra hæredes ante litem cōtestatam. l. C. 1. yss ff. ad senat. cons. Syian. Bart. in l. 1. n. 3 ff. de priuat. delict. Bald. num. 7. Angel. sub. n. 4. in l. vnic. C. ne ex delict. de funeris. Capol. consil. crimin. 22. num. 8. & 9. Mench. n. 22. Gomez. n. 80. Farinac. n. 69. & 70. vbi sup. Caual. resolut. crimin. centur. 3. casu. 298. n. 7. Et an præcedere debeat declaratio iudicis, vel an sufficiat, si de delicto per partis cōfessionē, vel per testes cōster, vide relat. D. & nos latius in suo loco diximus.

Limita secundo dictam regulam, quando ieus latitat, & ipsius copia non potest haberi; nam tunc ex eo quod nō sterit per actorem, perinde habetur, ac si lis fuisset cōtestata, l. si eum, §. qui iniuriam. ff. si quis cauit. & ibi, Bal. in 6. notab. Fulgos. in ultim. notab. Menchac num. 23. Farinac. n. 51. Pichard. n. 47. vbi sup.

²² Limita tertio, quādō ex delicto defuncti ad hæredem aliquid peruenit, nam tunc actio in eum datur, ut iniustum lucrum restituat, l. in hæredem. 5. de calumniat. l. quod diximus, 16. §. ultim. ff. quod met. caus. l. in hæredem, 26 ff. de dolo. l. illud. 7. ff. de tribut. act. l. 1. §. fin. de vi, & vi armat. l. vi pulsos. C. unde vi. l. 3. §. ex refertiua ff. de peculio. l. si cum exceptione, §. Pedius, l. quod autem, ff. quod met. caus. l. §. fin. de vi honor. raptor. turpia enim lucra ab hæredibus sunt extorquenda, ne alieno scelere ditentur. Menchac. num. 26. Farinat. n. 5. Pichard. num. 50. vbi supra. qui pariter hanc limitationem extendunt, nedum si ad omnes peruenit hæredes, sed etiam si ad primum tantum, nam ex eo quod ad primum peruenit, cepit esse hæreditaria, & poterunt alij hæredes conueniri; nam perpetuatur actio aduersus ipsum, & hæredes eius, licet id, quod peruenit, statim cōsuipserit. l. ult. de amas. 17. ff. quod met. causa. Couarr. var. lib. 3. c. 3. Medic. trati. mors omnia soluit, 2. p. q. 32. Menoc. de recip. possess. remed. 15. & n. 157.

²³ Limita quarto in actionibus, quæ licet sint pœnales iespe & in hæredum, sunt tamē ex parte actoris rei persecutoriæ, videlicet quando agitur ad damna, & interesse; in hoc enim casu hæres de iure canonico

ex delicto defuncti tenetur. c. nobis 28. infin. de sentent. ex commun. e tua nos. de usur. c. in li- teris de raptorib. c. vlt. de sepult. Cacheran. decis. 152. n. 5. Iul. Clat. in prax. §. fin. q. 51. vers. vltius quero. Dueñ. regul. 13. prope fin. Capra. regul. 67. n. 12. Gomet. var. tom. 3. c. 1. n. 84. & 85. vbi tenet quod possunt per iudicem Ecclesiasticum compelli, etiam si sint laici, & in terris imperij pro exoneranda constictia defuncti. Couarr. n. 7. Mench. & Farin. n. 61. & 64. vbi sup. Gu- tierr. canon. qq. lib. 2. c. 18. n. 6. Phanut. de in- uent. 7. p. sub. n. 78. vbi concludit, quod hoc remedium iuris canonici compellendi hæredem defuncti nō potest intentari, nisi co- ram iudice Ecclesiasti. o : quem sequitur Farinat. d. loco. Ceuall. comm. cont. q. 464. Pi- chard. in d. §. non autē. p. 55. Inst. de perpetuis, & ten por. vbi ampliat etiā si ex delicto ad ipsum nihil peruenit, & relati DD. vbi sup.

Sub limita primō hanc quam tam limitationem, quando aetiones ex parte actoris sunt pœnales; nam illæ nec etiam de iure canonico cōtra hæredes dantur, §. bis autē verbis Inst. ad leg. Aquil. Bart. in l. 1. ff. de priuat. delict. Abb. in cap. fin. de sepulcr. Olac. decis. pedemont. 152. n. 8. ibi, actio si ex utraque parte est pœnalis, ex utroque iure Canoni- co, & Cuius non datur contra hæredē. Capra, Dueñ. & Farinac. vbi sup.

²⁵ Sublimita secundo, quando defunctus pauca bona habebat, nam tunc hæredes non tenentur ultra vires hæreditarias in casibus, in quibus secundum ius canonicum compelluntur, & si non confecerint inuen- tarium, si realiter, & vere nihil ocultaue- runt, quia in foro animæ nō statur præsumptionibus, sed veritati. Hostiens. in summ. in tit. de testament. §. penult. Ang. in summ. verb. bares. in quæst. verum bares teneatur. Ioann. Andr. Domin. & Franc. in cap. quamquam. de usur. Ruin. consil. 20. lib. 4. circa fin. Feder. de sen. 12. Aretin. 148. col. fin. Iul. Clat. in dict. q. 51. vers. suas tamen. Villalob. in antinom- iur. verb. bares, n. 2. Bossius, in sua pract. crim. tit. de pœnis, n. 34. Negus. de pignor. 4. mēbr. 2. par. num. 124. Couarr. n. 8. Cacher. decis. 152. n. 9. vbi sup. vbi Couarr. & alios refert, & sequitur. Perez. in procem. ordinam. q. 10. Nauarr. libr. 3. de restitut. c. 4. n. 172. Men- chac. de succession. creatib. §. 1. n. 26. Gomez. in l. 3. Taur. num. 121. & in d. c. 1. n. 85. Farin-

Add. Ann. Ref. Gl. I. II. & III. L. V. tt. III. P. V.

25

n. 65. Gutierr. num. 67. Ceuall. & Pichard.
n. 55. vbi sup. nam h̄eres non conficiens in-
uetariū de iure canonico nō tenetur ultra
vites hereditarias. Mench. *desuccess. creat.*
libr. 1. §. 2. num. 12. Gomet. in dict. leg. 3.
Spin. *de testament. glof. 35. num. 56. Ceuall.*
com. quāst. 31. vers. aduertend. & relati,

S V M M

- 1 *Depositū debet redi in loco, in quo factū est.*
- 2 *In deposito potest apponi pactum, quod red-
datur in alio loco; sed sumptibus deponen-
tis implendum est.*

ADDITIO

AD Glof. 2. Nota 1. ex Glof. quod depo-
nitum debet redi in loco, in quo factū
est. Adde Paul. in l. si in Asia, §. fin. deposit.
Mantic. de tacit. & ambig lib. 10. tit. 4. n. 8.
Carrot. deposit. tt. si no in loco, quod debet rest.
n. 1. Moz. in tt. deposit. c. de natur. deposit. n. 26.

Nota extra Glof. quod in deposito potest
apponi pactum, quod restituatur in tali lo-
co, quā conditio sumptibus deponētis ad-
implenda est; nam qui depositum custodie-
dum suscepit beneficium præstat, & ideo
indemnisi seruati debet. l. ei apud quem ff.

S V M M

- 1 *Si deponentis sunt plures bāredes, & res de-
posita est diuidua, cuilibet pro parte bā-
reditaria restituenda est, vel insolidum si
est indiuidua.*
- 2 *Maior pars bāredū non ex pluraritate per-
sonarum, sed ex magnitudine portionum
bāreditatis intelligitur.*
- 3 *Si pecunia in saculo signata est deposita, &
vnus ex bāredibus repetit, saculum corā
iudice debet aperiri, & pars, que ei perti-
nit, debet tradi, & iterum signari saculū.*
- 4 *Si res diuidi non potest bāredi petenti depo-*

ADDITIO

AD Glof. 3. Nota quod si deponētis sint
plures bāredes, si res deposita est diui-
dua, cuilibet pro parte hereditaria resti-
tuenda est, vel insolidum, si est indiuidua.
Adde Zabarel. conf. 1. 15. in princ. Carrot.
de depos. 1. par. tit. si vnus ex bāredib. vbi si res
est indiuidua, cum interuentu iudicis resti-
tuendam esse, prædicta ab herede recipien-
te idonea cautōne in deminutatis quoad a-
lios; alias vero nō teneri restituere. Tusch.
litt. D. conclus. 288. n. 5. Pett. Greg. syntag.
iur. lib. 23. n. 12. Mantic. de tacit. conu. lib. 10.
tit. 7. n. 2. vbi ait quod, si maior pars adiue-
nit hereditatem, res restitui debet cautio-

DD. in dict. locis.

Secus autem dicendū erit de iure ciuili
in casibus, in quibus in heredes translit ac-
cio; nam lex ciuilis præluminat, quod bona de
functi h̄eres, qui inuentariū nō confecit oc-
cultauit. authēt. de hered & falcidia. § si vero
l. fin. C. de iure delib. vide Add. ad Gl. l. tit.

R I V M.

*Depositarius non tenetur reddere depositum, nisi in illo loco, vbi absque culpa de-
positary reperitur.*

GLOSSÆ. II.

*deposit. Mantic. & Carrot. vbi sup. vbi dicit,
quod si appareat alternativē conuentum
de pluribus locis, quod elec̄tio eit deponen-
tis. idē tenet Moz. in c. de accidēt. depos. n. 4.*

Nota secundo ex Gloss. quod deposita-
rius non tenetur reddere depositum, nisi
in illo loco, vbi absque culpa depositarij re-
peritur. Limita ex Mantic. vbi supr. num. 9.
nisi velit deponens suis sumptibus, suoque
periculo rem ad alium locum perferti.

Limita secundo, nisi aliud conuentum
sit, vt diximus sup. n. 2.

R I V M.

*Si tāri stradere debet, prædicta idonea sa-
tisdatiōne.*

3 *Depositarius excusat restituendo deposi-
tum ei, qui est in possessione hereditatis
probando se eīē bāredem.*

6 *Si unus ex bāredibus partem suam suscep-
rit, & postea ad reliquias agat, antene-
tur illas stradere?*

7 *Si due species depositæ sint, an vni bāre-
di sine alio reddi debeat?*

8 *Quæ remedia competant bāredibus pro re-
cuperatione depositi.*

GLOSSÆ. III.

ne idonea data, quod ceteri restitutionem
2 ratam habebunt, & similiter ait, quod ma-
ior pars non ex numero personarum, sed
ex magnitudine portionum hereditatis in-
telligitur. idem tenet Gratian. discep. c. 202.
num. 20. idem probatur ex text. & Gl. in l.
si plures verb. personarum, s. 4. ff depos & Car-
rot. vbi sup. n. 2.

3 Nota ex Glof. 1. quod si pecunia in sa-
culo signata est deposita, si unus ex bāredib.
qui eam depositum repetat, coram iudi-
ce, vel honestis personis debet saculum ap-
petiri. & pro rata partis, in qua heres est,
ei partem restitui, & post modum saculum

itterum

iterum resignari coram iudice, & reliqua apud se retinere, vel apud edē sacrā depone-re. l. i. §. pecunia ff. deposit. Carrot. in d. tit. si vni ex heredibus. n. 1. Mantic. vbi sup. n. 6. & in n. 7. ait, si res diuidi non possunt, omnes debere depositariū tradere hæredi, qui petit, scis datione præstata. ex d. §. si pecunia.

Nota secundò, quod excusatur deposi-tarius restituendo depositum ei, qui est in posse-sione hæreditatis, probando se esse hæredem. Mannel. cons. 2. n. 13. Mascard. de probat. concl. 14. illation. 179. Capit. decis. 117. p. 2. Carrot. vbi sup. n. 3. in fin.

Nota tertio, si vnu ex hæredibus partē suam sulceperit, & postea reliquorum par-tes perierint, non teneri alijs partem ali-quam resarcire. tex. in l. vlt. C. deposit. Mantic. vbi sup. n. 9. Carrot. in rub. alter ex depo-nent. an in solid. agere possit. n. 1.

S V M M

- 1 Depositum debet redi statim, et si ad tempus sit datum.
- 2 Depositum executionem paratam habet. I-tein et si sit irregulare.
- 3 Depositarius restituere depositum diponēti tenetur, et si iudicis auctoritate sit factū.

A D D I T I O

AD Glos. 4. Nota primò, depositum debere redi statim, et si ad tempus da-tum sit, Adde Bart. & Balin l. 1. §. fin. ff. de-posit. & Paul. ibi, Alex. cons. 80. verb nec ob-stant n. 13. lib. 3. Mantic. de tacit. conuent. lib. 10. tit. 4. n. 6. Perr. Greg. syntag. iur. libr. 23. c. 2. n. 4. Carrot. de deposit. i. p. q. 3. n. 32. & tt. de casu. n. 52. Molin. disp. 529. in prin. Vuē scimb. in parat. tt. deposit. vel cont. n. 15. Tus-ch. litt. D. concl. 200. n. 10. Roder. de ann. re-sat. lib. 3. q. 11. n. 27. Tiraq. de retr. conuent. §. 4. gl. 9. n. um. 5. Moz. de contract. tit. deposit. cap. de acc. idental. deposit. num. 4. Morl. in em-por. iur. t. 1. 8. in prin. n. 26. Sesse. decis. 192. n. 1. libr. 2. cum enim fauore deponentis sic faciat, a de ius libitum teuocari deber.

Amplia primò depositum executionem parata sit habere. l. si quis vel pecunias, C. de-posit. & ibi, Bart. Paul. n. 2. Bald. & Angel. Can. p. 3. de dote. §. p. q. 3. vers. secundo potest. Afin. de execut. c. 4. Tusch. litt. D. cōcl. 200. n. 11. Can. cōc. 3. p. 8. 8. de deposit. num. 35. Rode. Suar. in l. post rem iudicatā notabil. §. n. 2. Carrot. in d. q. 3. n. 33. Paz. in prax. 3. tom. cap. 6. §. 6. n. 2. 6. Boer. decis. 298. n. 7. Castill. quot;

7 Limita quando quis duos seruos, vel e-quis deposuerit, & vnu hæredum vnum receperit, vel sit minoris aestimationis; nā tunc damnum ad utrum que hæredem per-tinet; quia in speciebus non sit diuisio ex numero, nisi alter consentiat, Glos. in dict. l. vnic. verb. nec in specie. & Salycet. ibi, n. 3. Mantic. in d. tit. 7. n. 3. 4. & 5. nec species vni hæredum sine alijs restitui possūt. Carrot. vbi suprā. nisi de mandato iudicis restituatur; nam de mandato iudicis vni recte soluitur. Bar. in l. stipulatus, in prin. D. solut. ut diximus, in n.

8 Nota quarto hæredibus pro recupera-tione depositi compere plura remedia, vi-delicet rei védicatione, depositi actione, & hæreditaris petitione. Glos. in leg. fin. verb. hæredi ff. ut in poſſ. leg. & r. nom. Carrot. deposit. 1. par. tit. hæredibus.

A R I V M.

- 1 Contrarium, & concordia. n. 4. & 5.
- 2 Quando res litigiosa deponitur absque iudi-cis mandato non potest redi.
- 3 Et quid si ex voluntate partium fuerit fac-tum sequestrum?

G L O S S Æ. IIII:

lib. 3. c. 16. n. 6.

Amplia secundò, et si depositum sit irre-gulare, vel simulatum, sive eo per instru-mē-tum, vel confessionem constet. Mat. Angi-sol. cons. 96. n. 14. & cōf. 20. n. 4 lib. 1. Hippol. Rimin. 60. d. n. 19. libr. 1. Fachin. contr. iur. lib. 2. c. 93. in fin. ibi, ad tertium respondeo, hic non agi de simplici confessione, sed de confessione ex causa depositi, cum scilicet quis fateatur se ac cepisse rem ex causa depositi, cōfessio probat depo-situm intercessisse, depositum vero executionem paratam habet. Castill. lib. 3. c. 16. n. 8. ita que hunc effectum non producit confesio, sed confessionis causa, nempe depositum, quod habebit locum in confessione depositifacta in iudicio, vel ex mandato iudicis.

3 Amplia secundò de depositarium teneti ad restitucionem depositi deponenti, et si iudicis auctoritatē depositum receperit. tex. in l. acceptam, C. de usur. Bald. in l. vlt. in fin. C. de commun seru. manum. Dec. consil. 445. col. vlt. vers. in dubio. Cancer. lib. 3. c. 8. de de-posit. n. 18, 19. & 20. Barbos. in l. si mora. 10. ff. solut. matr. n. 87.

4 Contrarium, in hoc casu depositarium

Add. Ann. Res. Gl. IIII. & V. L. V. tt. III. P. V.

depositum non teneri deponenti restituere absque mandato iudicis, docent Paul. in l. acceptam. col. 1. C. de usur. Roman conf. 287. Foller. in prax. censuali. verb. gratia. n. 54. Carrat. de deposit. tit. de casu. n. 53. Felician. de censib. lib. 4. 2. tom. c. unico. n. 4. et vers. præterea. Ti raquel. de retract. lib. 2. §. 4. glos. 5. n. 2.

Pro dictarum opinionū concordia dic pri
mam procedere, quando debitor ob contumaciam debitoris nolentis debitum recipere causa se à debito liberandi, vel impe
diendi cursum usurarum auctoritate iudicis debitum consignauit, & depositus; nam tunc deponens poterit reuocare antequā
à creditore sit acceptatum, & depositario
à creditore denuntiatum, ne depositum
deponenti restituat; ut probatur ex l. accep
tam, C. de usur. nam cum id totum factum
videatur fauore deponentis, fauori suo be
ne poterit renūtiare. arguit. l. 2. C. de paci.
quia fingitur nō de possuibile, & censetur de
positioni renūtiaſe. l. debitor ff. de usur. Bal.
& Barbol. vbi sup. Azebed. in l. 1. it. 12. n. 22.

Quando vero depositum est acceptatum

S V M M A R I V M.

- 1 Compensationis exceptio in deposito non ad
mittitur.
- 2 Ampliatur in deposito confessato, quod habet
privilegia veri depositi, si de praetudicio
depositarii; secus si de tertij praetudicio ag
atur. Contraria, & quomodo sit intelli
gendum. n. 3. 4. & 5.
- 6 Exceptio non numerata pecuniae non ad
mittitur in deposito vero, nec inconfessato.
- 7 Compensatio nō admittitur, et si sit deposi
tum quantitatis.
- 8 Item si res perditas sit, & agatur ad estimati
onem, & n. 9.
- 10 Item si non petat deponens, sed creditor ob
cuius contumaciam factum sit.
- 11 Creditori ad recuperandum depositum co
petit utilis rei vendicatio.

A D D I T I O

- 1 ADD Glos. 5. Nota 1. compensationis ex
ceptionem in deposito ad retardan
dam eius restitutionem non admitti, et si
quantitas, quam depositarius compensare
contendit liquidissima sit. Adde. Bald. &
Abb. in e. 2. de deposit. Fulgos. in l. fin. num. 4.
ad fin. C. de compens. Cancer. 3. par. c. 8. de de
pos. num. 45. Zalius. in §. ibone fidei. Institut.
de act. verbos complicantur, & ibi, Angel. num.

à creditore, denuntiatum que depositario
ne alij soluat, nullo modo potest deposita
rius redere depositum absque iudicis licen
tia. Batt. & Bald. in l. acceptam, C. de usur. Fo
ller. in prax. censu. verb. instrumentum gratia,
n. 54. Felician. c. unice. vers. qua resolutio. vbi
assignat rationem ibi, cum ex acceptatione cre
ditoris sit ius quasitum ad sortem depositam, de
bitor mutare voluntatem non poterit, nec depo
situm reuocare. Azebed. vbi sup. n. 20. ibi, no
tandum tamen est, quod si deponatur penes ter
tium, propter causam creditoris nolentis rem
illam recipere, depositarius ille potest, licite re
dere mibi deponenti depositum illud, re integra;
sed si depositum per creditorem est acceptatum,
& denuntiatum depositario ne illi soluat, nullo
modo potest sequester deponere, & redere seque
strum absque iudicis licentia.

- 6 Et quid si ex mandato iudicis res litigiosa apud sequestrum deposita est? vide Ad
dit. inf. ad gl. 6. Et quando ex voluntate par
tium sequestrum factum fuerit? vide Ad
dit. infr. ad glos.

- 12 Compensatio non admittitur, et si debitum
ex una causa in depositum conuertatur.
- 13 Exceptioni non numerata pecuniae non est
locus, quando debitum ex una causa con
uertitur in mutuum.
- 14 Compensationi est locus in contraria actio
ne depositi.
- 15 Itē si perueniat ad tertium, & esset qualita
tis, nisi apud eum a primo depositario esset
depositum, & ab eo primo deponenti actio
nes cessa, & directam actionem intentet.
- 16 Item si depositum esset subrogatum, dep
dens seu respectiuū ad alium contracū.
- 17 Dos confessata in praetudicium confitentis o
peratur idem ac actualis numeratio; se
cus in tertij praetudicium.

G L O S S Æ. V.

- 8 Corraf. n. 12. Minsig n. 1. Pichard. n. 46.
Anchartan. conf. 360. n. 1. Roland. 17. num.
1. lib. 1. Surd. 240. Tindar. de compensat. art.
5. n. 41. & 42. Nouell. de dot. 8. par. priuilei.
eol. 2 post princip. Medic. de compens. 1. par. q.
15. Jacob. Reuar. lib. 1. variar. cap. 11. Cuiat.
lib. 8. obseruat. cap. 16. ad fin. Roman. singul.
128. Carrat. de deposit. tit. de casu. n. 1. fol. 106.
Barbol. in l. diuortio. §. ob donationes, n. 5. ff. fo
l. 106.

solut. matrim. Seraph. de priuileg. iuram pri-
uilej. 74. n. 88. & 99. Salced. in add. ad Bernar.
Diaz. regul. 99. vers. 4. limita. Couarr. in e.
quambis pacium. de part. i. par. §. 4. n. 9. versie.
buic opinioni. Moz. de contra. tit. de depos. c.
de natur. depos. num. 31. Gutterr. de iur. confir.
3. par. c. 6. n. 4. Azebed. in l. 1. tit. 5. lib. 4. re-
compl. n. 70. Mantic. de tacit. conuent. lib. 10.
tit. 10. num. 4. Gratian. discept. c. 26. 3. n. 14.
Castill. quotid. libr. 3. c. 16. n. 10. Ceual. in 2.
part. tractat. per viam violent. quest. 1. n. 10.
Franch. decis. 151. Molin. disput. 297. cuius
quidem conclusionis ea est potissima ratio,
nam depositum committitur fidei deposita
rii et tacita conditione, ut illud restituatur
deponenti, quando ipse voluerit, l. 1. § pen.
ff depos. Se cum faciat compensans deposi-
tum, perfide videtur agere, si illud fax si-
dei commissum quacumque ratione sta-
tim non restituatur.

² Amplia primò, exceptionem compen-
sationis non admitti etiam in deposito cō-
fessato, & facto per constitutum, videlicet
quando de actuali numeratione non cons-
tat; nam huiusmodi depositum quoād p̄a-
iudicium ip̄os depositarij habet priuile-
gia veri depositi; fecus quoād p̄a iudiciū
tertij, ex Glos. b. c. cui Add. de Paul. consil. 10.
n. 1. libr. 2. Curt. Iun. in l. 1. in princ. n. 16. ff.
si cert. petat & in l. bona fides, num fin ff. depo-
sit. Roland. consil. 17. 4. n. 15. libr. 1. Thesaur.
decis. 26. n. 3. Tiraquel. de retract. §. 4. glos.
6. num. 15. ibi. id tamen intelligitur, prout e-
tiam illa iura loquuntur, quantum ad ipsos con-
sistentes, nec alicubi scriptum reperitur id p̄a-
iudicare tertio, eius interest, Barbos. in l. diuor-
tio. 8. §. ob donationes, num. 14. ff. solut. matrim.
Mantic. num. 14. vbi supr. Fachin. controuer.
iur. lib. 2. c. 93. Cancer. variar. resolut. 3. par.
c. 8. de deposit. n. 40. pro hac opinione con-
suluisse dicit, quando ex confessione non
inficitur p̄a iudicium tertio, nec est facta
inter personas prohibitas. Castill. quotid.
libr. 3. c. 16. n. 10. Matienz. in l. 9. tit. 11. glos.
4. num. 6. ibi, & alia, que in propositum adau-
ximus, respondeo, leges illas procedere quoād ip-
sum confidentem, non vero quoād p̄a iudicium
tertij, et iam si confessio fuerit iurata, ex l. ius in-
randi. in fin. C. de testib. Piclardi in §. bona fidei.
30. num. 46. Giutb. decis. 87. n. 3. ibi, il-
le est validum, ad perfectam reluctionem, li-
cet tertio non noceat.

³ Contrarium, immo quād priuilegium ex-
cludens exceptionem compensationis cā-
tum habeat locum in deposito vero, & nō
in confessato, tenent Bald. consil. 384. in fin.
libr. 1. vbi dicit, quando non apparet de
deposito per numerationem, non habet
locum leges dicentes causam depositi esse
in aliquo priuilegiata, & eum sequuntur
Beroi. decis. 195. Cagnol. in l. cōtractus n. 20.
ff de regu. iur. Plot. de in litem iurand. §. 10.
num. 3: vbi alios citat. Bap. Lupet. in l. 2. n.
104. C. de pacē. inter empator. & Tiraquel. vbi
sap. n. 15. vbi alios adducit. Roland. consil. 7.
num. 3. & 4. vol. 1. vbi muleos refert. Maser.
de prob. consil. 509. n. 7. Auendan. de censib.
c. 45. n. 15. Felician. 2. tom. libr. 1. c. 8. num. 7.
vers. pro contra. in vero sententia. Ceual. 2.
par. tract. per viam violent. quest. 1. num. 39
ca ratione, nam depositum uno modo tan-
tum contrahetur, videlicet re ipsa, non ve-
ro per constitutionem recepti.

⁴ Intellige hanc opinionem, quando ex
deposito confessato iustitia ledetur,
vel quando confessio esset facta inter per-
sonas prohibitas: quo casu priuilegia veri
depositi in deposito confessato nō habent
locū, alias contraria est verior, & tenenda.

⁵ Intellige secundò, nisi contrarium esset
probatum, nempe non fuisse factam nu-
merationem. Vicent. Carrot. de depos. 1. par. q.
2. n. 10. quem refert, & sequitur Cancer.
vbi supr. n. 45.

⁶ Et ut in deposito vero non admittitur
exceptionem numeratæ pecuniae, sic nec
in confessato, ut post Bald. Salye. Castrensi.
Felician. & alios notat Bertazol. claus. 32.
glos. 1. num. 14. l. in cōtractibus. §. 1. ff. de non
numerat. pecun. & ibi, Bart. v. 1. Fachin. libr.
2. controuer. iur. c. 93. vers. preterea, libr. 2.
Carrot. de depos. 1. par. q. 2. num. 19. & in tit.
de casu. n. 32. Barbos. in l. diuortio. 8. §. ob do-
nationes, n. 14. ff. solut. matrim. Molin. in emp.
iur. 1. par. tit. 8. in princ. n. 2. 6. libr. 3. c. 16. n. 9.
in fin. Dueñ. regul. 260. limit. 5. Cancer. n.
46. vbi supr. vbi etiā cessare inquit in credi-
tore, qui confessus est sibi restitutū fuisse
depositum, ea d. l. in contractibus, §. sed quam
ibi, glos. verbo depositarum, quam commu-
niter DD. sequuntur.

⁷ Amplia secundò, compensationem non
admitti, et si depositum sit quantitatis. Sa-
lyc. in l. penult. C. depos. & in l. fin. col. ultim.
Ll 3 C. d.

Add. Ann. Ref. Gl. V. L. V. tt. III. P. V.

C. de compensat. Bald. cons. 317. vol. 3. Natta. 438. num. 7. Surd. 246. n. 10. Mintig. in. §. bonae fidei. Inst. de action. n. 5. Pichard. n. 46. ibi, idque unum ex pluribus depositi priuilegiis est, siue regulare, siue irregularē illud sit. Motl. n. 28. Anat. Rod. n. 40. Barb. n. 12. post medium, ubi supr. Carrot. tit. de casu nun. 18. ibi, loco ipsius altera dari potest, nulla aliter apposita compensationis exceptione. Medicis. tract. de compensat. i. part. q. 15. n. 4. & sic est tenendum, licet contrariam in Senatu Genuensi decilum fuisse tradat Rota Genuen. decis. 34. num. 9. ex eo quod aliam cōsimile pecuniam depositarius potest redere. l. Lutius. & l. dies spōsaliorū. C. deposit.

8 Amplia tertio, et si res deposita perdita sit, & agatur ad estimationem; nam in hoc casu non est locus compensationi, ex tex. in leg. fin. C. de compensat. Salyc. ibi, num. 10. Butig. in l. cum fundus, 5. n. 5. 6. & ibi. Purpur. n. 29. ff. si cert. petat. quos refert, & sequitur Barbof. in d. num. 12. Quoties enim agitur actione directa depositi, non admittitur compensatio, siue agatur ad consequendā rem depositam, siue estimationem, ut teneant fere omnes in princ. huius Glos. relati.

Nec obstat, quod licet non admittatur compensatio, quando agitur rei vendicatione, ex l. qui restituere ff. de rei vendicat. tamen si ad estimationem deuenitur, admittitur: (vt infra. in Addit. ad Glos. l. 2. titul. 14. diximus) quia id est speciale in deposito, & alias in ipso nullum alsignaturt priuilegium, & siuista, in dict. l. fin. contraria depositi excipetur; cum manifes- tum sit speciem pro specie non posse compelari, nec speciem pro quantitate: (vt diximus in Addit. ad Glos. l. 1. tit. 14.) quare aperte colligitur Imperatorem predictam specialitatem in deposito admittentem intelligendū esse, sensisse quando reducitur ad estimationem, seu quando depositum est in pecunia, seu in rebus in pondere, & mensura consistentibus, quæ quidem interpretatio communiter ab omnibus scriben- tibus, in d. fin. est recepta.

10 Amplia quarto, compensationem non admitti, et si creditor deponentis, ob cuius contumaciam depositum fuit factum, illad petat, quia ut debitor consequatur li- berationem, depositum situ pecunia et spe- cies fieri debet, ex sext. in l. 8. tit. 14. infra

bas. par. & vide addit. sup, ad Glos. l. 2. & in speciebus non admittitur compensatio, vt diximus. Secundò nam sequuta volunta te creditoris recipiendi depositum domini- um in eum transfertur. text. in l. acceptā, C. de usur. Bald. ibidem, n. 5. Negosan de pig. 3. par. 2. membr. 5. par. n. 28. Tiraquell. lib. 2. de retract. §. 4. glos. 9. Barbos. in l. si mora. 10. ff. solut. matrim. num. 86. ibi, nam cum sequu- ta voluntate creditoris in eum dominium trā- feratur. Gratian. discept. c. 8. n. 25. vbi tenet, quod non solum datur utilis actio credito- ri, sed etiam utilis rei vendicatio ad recu- perandum depositum; sed quando concurrat rei vendicatio non admittitur compensa- tio (vt diximus in addit. ad Glos. l. tit. 14. in fra bacpart.) ergo nec in nostro casu admic- ti debet. Ex quo sequitur creditori ad re- cuperandum depositum competere utili- lem rei vendicationem.

12 Amplia quintò compensationem non admitti, et si debitum ex alia causa in de- positum cōvertatur; quia certum est, quod debitum ex una causa conuentione partiū potest converti in alia. tx. in leg. certi conditio. §. depositi, & DD. ibi. ff. si cert. petat. & in specie hanc ampliationem defendit Natt. cons. 384. num. 5. & 6. Felician. de cen- sis. 2. tom. lib. 1. c. 8. vers. pro contraria vero sententia. Gratian. disceptat. c. 321. num. 10. Francis. Milan. libr. 2. decis. 2. n. 41. qui ea præcipua ratione fundatur, quia perinde est, acsi vera interuenisset numeratio, ex text. in l. aduersus & ibi, Glos. C. de non numerat. pecun. & Gl. in l. singularia ff. si cert. petat:

13 vbi probatur exceptionem non numerare pecunię non habere locum, quando debiti- um ex una causa fuerit conuersum in mu- tuum. Acosta. in l. si ex cautione. falent. 3. C. de non numerat. pecun. Felician. Gratian. Mi- lanen, ubi supr.

14 Limita primò, quando agitur actione depositi contraria, quo casu, cum de fide rupta non agatur, compensatio locum ha- bet, ut contra Cynum, & Angel. defendit Salyc. in l. fin. C. de compensat. Tindar. de com- pensat. artic. 5. n. 40.

15 Limita secundò, si depositum petue- niat ad tertium, & esset quantitatis, vel ad estimationem deueniat, nam compensa- tio opponi potest; quia aduersus tertium non competit actio depositi. l. si is qui, C. de

pos.

pos. Cartot. de deposit. i. par. rubric. si depositarius mutuet alteri. Vnde emb. in parat. tit. de pos. vel contra. num.

Sublimita hanc limitationem, quando primus depositarius rem apud alium depositavit, & deponenti actiones directas cessit, vel cum in suum locum posuit, nā iste tertius compensationem oblicere non poterit. I. si is apud quem. ff. deposit. ex qua probatur competere actionem depositi contra tertium, videlicet secundū depositariū, si primas deponenti cesserit actiones. Sard. conf. 411. num. 19. vbi alios refert, Cartot. de deposit. i. par. tit. de casu. n. 51. infin. vbi ait quod erit cautus tertius, si animaduertat, à cessionarius utilem actionem intenterit & tunc poterit obliuiscere exceptionem compensationis; secus si directam.

16 Limita tertio, quādō depositum est subrogatum dependens, vel corresponduum ad aliud contractum; nam regulater secundū ipsum contractus naturam, ut si prin-

S V M M A

1. Sequester non tenetur redere sequestrum, nisi finita lata.
2. Idem, et si ex consensu utriusque partis sit factum sequestrum.
3. Depositarius an sua sponte à deposito possit se exonerari.

A D D I T I O

AD Glos. 6. Nota 1. sequestrum aen tenet alteri ex partibus litigantibus, nisi finita lata sequestratas res redere. Adde. Paul. in conf. 433. col. fin. lib. 1. Bart. & Bald. in l. si oleum, in pr. fin. ff. de dolo malo. Foller. in prax. censual. verb. instrumentum gratiae, n. 54. Tiraquel. de retra. lib. 2. §. 4. glos. 9. n. 1. Rebuss. 3. tom. conf. Gal. tract. de sequestr. art. 1. glos. 1. n. 17. Felician. de censib. lib. 4. 2. tom. c. unio n. 4. vers. denique fallit.

2 Amplia primo, quando ex consensu utriusque partis depositum factum fuerit, nam eo calu depositum repeti non poterit, nisi finita causa, & index auditis partibus id ipsum statuerit. Bald. & Bart. in d. l. si oleum. Paul. n. 2. infin. vbi sup. Bald. conf. 104. col. 1. lib. 1. Barbos. in l. si mors. 10. ff. solut. matrim. n. 88. Tiraquel. n. 3. Felician. vbi sup.

3 Nota secundo ex Glos. an depositarius, si sua sponte velit redere depositum, possit à deposito se exonerare? vide Addit. ad Glos. 6. l. 3. tit. anteced.

cipalis cōtractus esset mutuū, emptio, vel alius similis cōtractus, & depositū per accidentē subsequatur; quia tunc solum ad exceptiones, quae ex ipso contractu competunt, attendidebet, & non ad naturam depositi. Cartot. n. 45. vbi supr. vbi alios refert. Ceuall. in tractat. de cognit. per viā via. lib. 1. par. q. 76. n. 9. & 11. Gratian. discept. c. 273. n. 5. vbi exemplificat, quando datur alicuius, ut ferat Ticio, & si noluerit recipere, custodiat; nam tunc potius mandatum intelligitur, quād depositū. & in n. 12. ex Mantic. lib. 10. tt. 10. n. 16. & 17. dicit quād cessat priuilegium depositi, quando pecunia deponitur ad redemptionem prætiorum.

17 Nota ex Glos. 3. quod dos confessata licet in præjudicium tertij nō operetur idē ac actualis numeratio, ramen quoād præjudicium contentis bene operatur, vide Addit. ad Glos. l. 3. tit. 4. 3. infra bas. part.

R I V M.

- 4 Pactum à duobus factum, quād non redatur depositum nisi altero, validum est. & quid si deposita esset species.
- 5 Depositarius tenetur restituere rem cum fructibus, & omni causa.
- 6 Accessorium venit in actione depositi.

G L C S S Æ. VI. VII. & VIII.

4 **A**D Glos. 7. Nota primo, si duo depositū tenent rem eo pacto, quod depositum nō redatur vni sine altero, pactum seruandū esse. Adde Cartot. de deposit. i. par. rub. alter ex deponent an insolida agere possit. n. 1. Mantic. de tacit. conuent. lib. 10. tt. 7. n. 1. alioquin quilibet pro ea patte, pro qua cuiusque interierit, experiri potest. leg. 1. §. si apud duos vers. si duo ff. de posit.

